Series Nrōr qui oēs in Geometria Proportione continua progrediuntur, progressio Geometrica vocatur.

Ex gr. 1: 2: 4: 8: 16: 32: 64 et sic porro
Etenim 1: 2 = 2: 4 = 4: 8 = 8: 16 &c et sic porro -

11 Corollarium.

Quodsi Propōonis cujusdam Geometricæ Terminus primus, et Secundus, v. Terminus primus et Exponens rāonis datus sit, tum tota progressio est data.

Etenim et termino primo, et Secundo per regulam trium reliqui oēs termini inveniri possunt, et in casu altero et termino primo, et exponente Rāonis invenitur Terminus Secundus per Multiplicationem.

12. Corollarium.

Quælibet Progressio Geometrica cujus Terminus primus ō est 1, sed alius quicunqz Nrūs ad simplicissām pt̄ reduci expressionem S. in aliam mutari progressionem Geometricam cujus Termini

oēs in-

major intercedit Distantia, qui inde ab 1 usque ad Radicem b.

8. Corollarium.

Quod si porro fuerit, ut in §. praec. $a:b=b:e$ tum ē $a:b=\frac{1}{2}(a:e)$ vel si $a=1$ erit $1:b=\frac{1}{2}(1:b^2)$. Hoc ē Rāo unitatis ad Radicem ē pars Dimidia, Subduplicata Rāonis, qm unitas habet ad Quadratum.

9. Corollarium.

Si tres Raōnes, quales §. 1. Supposueramus fuerint inter se=les. Ex gr. $a:b=b:e=e:f$ tum erit $a:f=\frac{1}{3}(a:b)$ (§. 2) et $a:b=\frac{1}{3}(a:f)$ (§. 8.)

Quod si itaq; sit $a=1$ tum erit $e=b^2$ ut ante (§ 7) et $f=b^3$ (§ 85 Arith. Ar̄is)

Adeoq; Rāo unitatis 1 ad cubum f erit Triplicata Rāonis qm 1 habet ad Radicem b.

Et vicissim Rāo hoc unitatis ad Radicem est pars tertia, Subtriplicata Rāonis.

6 Corollarium

$f:h+g:k:k:g = fgk:hkg$ (§.3)
$= f:h$ (§ 59) (Arith. Aōris)

Consequenter Rāones hæ $g:k$ et $k:g$ in Compositione se invicem destruunt, adeoqz sunt inter se oppositæ, et una alterius negativa seu $k:g = -(g:k)$ v. Rāo reciproca ē directe Neg.

7. Corollarium.

Si duæ Rāones de quibus §. 1. dicimus fuerint inter se æquales s. $a:b = b:e$ tum ē $a:e = a:b + a:b = 2(a:b)$ seu duplicata Rāonis $a:b$ (non Dupl.)

Quodsi fuerit $a = 1$ tum erit $e = b^2$ (§ 85) (Arith Aris) seu Rāo $1:a$ unitatis ad Quod ratum ē duplicata Rāonis $1:b$ Rāonis qm unitas habet ad Radicem.

Aequales np quasi prorsus mente concipi possunt, in serie dignitatum ejusdem Radicis, ab usqz b, atque a b usqz ad b^2, seu ab unitate usqz ad Radicem, atqz ab hac usqz ad Quadratum. Atqz adeo inde ab 1 usqz ad Quadratū b^2 duplo,

major-

$2:12 = (2:4)+(4:12)$

Es $b:3b = (2:4)+(4:12)$

Est vera $3:9 = 4:12$ per praeced.

Es. $b:3b = (2:4)+(3:9)$ per Supposit.

Q.E.D.

4. Corollarium.

Non tantum duae, sed plures etiam Rationes pt in unam summam conflavi, iis modis de quibus §. 1. et 3. diximus.

Ex. gr. Sit. $a:b = a:b$
$c:d = b:q$
$e:f = q:r$
$g:h = r:s$

Erit $aceg:bdfh = a:s = a:b+b:q+$
$+q:r+r:s$ (§ 1) $= a:b+c:d+$
$+e:f+g:h$ (§ 3)

In Capite Pdenti §. 47 occurrit Exemplum Rationis hujusmodi compositae.

5. Corollarium.

$fg:gh = f:h+g:g$ (§. 3)

Sed $fg:gh = f:h$ (§. 59 Arith. Aris)

Es. $f:h+g:g = f:h$ (§ 57 Arith Aris)

Seu Ratio aequalitatis $g:g$ vc: 1 in Compositione Rationum nihilo o aequivalet.

6. Coroll.

mutari, cujus terminus Antecedens sit $= b$; quippe secundum (§ 85 Autem. Aõris) est $c : d = b : \frac{bd}{c}$

sit $\frac{bd}{c} = e$, erit $c : d = b : e$

Consequenter

$a : b = a : b$

$c : d = b : e$ Ej per § 33: 20 Cap. proc.

$ac : bd = a : e = (a : b) + (b : e)$ §. 1.

Sed $cd = b : c$ Ej. per Substiõm

$ac : bd = a : e = (a : b) + c : d)$ Q. E. D.

Demonstratio alia.

$c : d = b \ \frac{bd}{c}$

Quodsi Ej. in locum Rãonis $c : d$ substituãtur $b : \frac{bd}{c}$ erit $a : \frac{bd}{c} = (a : b) + b : \frac{bd}{c}$ §. 1. et Terminus Antecedens et Conseq Multiplicando per c

$ac : bd = (a : b) + b : \frac{bd}{c})$

Sed $b : \frac{bd}{c} = c : d$ per procedt.

Ej. $ac : bd = (a : b) + (c : d)$ Q. E. D.

In Nr̃is

$b : 3b = (2 : 4) + (3 : 9)$

Etenim $3 : 9 = \frac{4 : 4 - 9}{3}$

$= 4 : 12.$

Et $2 : 2 : 4$

$3 : 9 = 4 : 12$

Ej. $2 . 3 : 4 . 9 = 2 : 12$

Sed $b : 3b = 2 : 12$ Sed.

$2 : 12 =$

rursus quoratb quoties 12 in 60, seu b in e reperiatur, unde tamen intelligetb, quoties 3 in 60 vel a in e contineatur. Atqs adeo ratio 3: 60 ex duabl illis 3: 12 et 12: 60 gstat ex rāonibl, v in gre ratio a: e componitur ex duabl illis rāonibl a: b et b: e Ex. gr. 3 in 12 quater, et 12 in 60 quinquies continetur; adeoqs 3: in 60 vicesies reperitur. ut ergo inveniam quoties 3: in 60 gtinentb; possum primam Rāonem, quæ ē inter 3: 12, dein quæ ē inter 12: 60 investigare, et ex illis duabl Rāon. 3: 60 componere h. e. 3: 60 = (3: 12) + (12: 60)

3. Theorema

Rāo quæ ē inter duo quælibet facta, ac: bd, et composita, ex rāonibl factor a: b, et c: d, seu ac: bd = (a: b) + (c: d)

Demonstrāo

Etenim duæ hæ Rāones a: b et c: d quæ st inter factores, possunt ita exprimi, salva earum quantitate, ut Term. Conseqs prioris sit = lis termino antecedenti posterioris (c) seu rāo posterior c: d pt in aliam æqualem mutari.

Scholion.

Nonnunquam Compedia quædam habent locum quæ Practicæ Italicæ nomen fuerunt; De quibus vid. Auctor §. 96 et seqq.

De Compositione Rationum. Item de Seriebus A Logarithmis

1. Definitio.

Si in duabus Raōnibꝰ, sive æquales sive inæquales illæ fuerint; Terminus consequens prioris, fuerit æqualis Termino antecedenti posterioris: Ex. gr. 3:12=12:60 seu in gr̄e a:b= b:e tum raō termini antecedentis in priori, ad terminum consequentem in posteriori Ex. gr. 3:60 seu in gr̄e a:e dicitur Composita ex Duabꝰ illis Raonibꝰ, vel 3:60=(3:12)+(12:60)

a:e=(a:b)+(b:e)

2. Scholion.

Scilicet si quis 3 cum 60, seu in gr̄e a cum e comparare, et investigare velit, quoties prius in posteriori continetꝰ, potest fieri ut prius 3. cum 12. s. a cum b comparentꝰ, et investigetur, quoties in eo, contineatꝰ, atqꝫ dein

rursus.

21: 1000 = 16 : x ; x = 761 $\frac{19}{21}$ ℔ Nitri
21: 1000 = 3 : y ; y = 142 $\frac{6}{7}$ ℔ Carbon.
21: 1000 = 2 : z = 95 $\frac{5}{21}$ ℔ Sulphur.
x+y+z = 1000 ℔.

§. 47.

Scholion.

Quod si mensura aut monera Diuersa sint interse comparanda Ex. gr. si 1 res grossi = 7 Septenariis et 17 Septenarii = 7 Marjanis et 50 Marjani = 117 Florenis Hung. et 6 Flor Hung = 5 Flor Rhen. et 64 Flor Rhen = 15. Numismatibus Caesareis, Quaeritur quot grossi faciunt unum Aureum Caesareum. Hic sequentes occurrunt Proportiones per

§. 24.

3 : 7 = Grossus : Septem
7 : 17 = Septem. Marjan.
17 : 50 = Marjan : Flor Hung.
5 : 6 = Flor H. : Flor Rhen
15 : 64 = Flor Rh. Aur. Caesar

Itaque per 3.7.17.5.15.7.17.50.6.64 = Grossi

§. 33 et 34.

15 : 10.2.64 (Aur Caes.
3 : 4.64.
1 : 85 $\frac{1}{3}$ = Grossi Aur. Caes
Adeoque 85 $\frac{1}{3}$ Grossi faciunt aur Caes.

§. 48. Scholion.

quam ponderа miſcibilium interſe ha-
bent data ſit, quantum ex materia
qualibet Simplici ſumendum ſit.

Etenim ut ſe habet Summa ter-
minorum rationis datæ, ad pondus mixti
datum; ita ſe habet terminus quilibet
ſeu pondus ſimplicis datum cujus libet
ad pondus quæſitum ejuſdem materiæ
quod mixtum ingredi debet, conſequens
Regula tium toties applicanda quot
ſunt materiæ Simplices, ex quibus mix-
tum componi debet.

Ex. gr. Pulvis pyrius paratur ex
Nitro Carbonibus et Sulphure ita-
quidem ut ad ℔. tb Nitri ſumantur
6 Semiunciæ Carbonum et 4 Semiun-
ciæ Sulphuris.

Si Libra reducatur ad Semuncias
et Numeri ſinguli per duo dividantur,
quo ipſo nempe ratio non mutatur,
erunt termini rationis dati

$f = 16$; $g = 3$: $h = 2$. Adeoque
$f + g + h = 16 + 3 + 2 = 21$.

Ponamus itaque quod ad illa Libra
Pulveris pyrii ſunt parandæ; tum
erunt Proportiones ſequentes.

℔. 1000 =

Singula in ea ratione participant, in qua contulerunt; seu lucrum vel damnum commune debet dividi in tot partes quot sunt membra Societatis, et quidem ita ut partes hæ eam ad se invicem habeant rationem, quam collata singulorum habent inter se.

Ex. gr. Tres Mercatores contulerunt.

I. 1000 Thal = f.
II. 700 = g.
III. 900 = h.
2600 = f+g+h.

Hac summa lucri facti sunt Thal. 1500 = x+y+z

Consequi.

2600 : 1500 = 1000 : x; x = $576\frac{12}{13}$
2600 : 1500 = 700 : y; y = $403\frac{11}{13}$
2600 : 1500 = 900 : z; z = $519\frac{3}{13}$.

§. 46.

Scholion.

Ab hac Regula Societatis non differt ea quæ Regula alligationis dicitur, quod si certum misti alicujus pondus ex diversis materiis simplicibus sit componendum, et ratio quam-

Unde si Numerus Datus in plures de-
„beat Dividi partes quid fieri Debeat intelli-
„gitur

§. 44.

Per se patet quod hujus Problema-
„tis Solutio etiam per Regulam tri-
„um iteratis viribus applicatum fieri-
„possit.

Ponamus enim Numerum e in tres partes esse Dividendum quæ in ea sint ad se invicem ratione, in qua sunt Numeri Dati, f, g, h. sint partes illæ quæsitæ x, y, z. Tunc erit —

$f+g+h : e = f : x$ per (§. 26 et 43

$f+g+h : e = g : y$

$f+g+h : e = h : z$

Unde intelligitur quomodo partes quæsitæ x, y, z. sint per Regulam trium inveniendæ §. 49.

Scholion.

Ad hoc Problema pertinet Regu-
„la illa quæ vulgo Societatis ad pel-
„latur; in qua ex æquitate Naturali Sumitur, quod si plures Personæ in Societatem coeant lucri causa et quælibet certam conferat pecuniæ Summam tum ex lucro vel Damno

Singulæ.

Resolutio.

Numerus Datus e dividatur per summam terminorum Rationis Datæ f+g Quotus qui prodit multiplicetur per terminos Rationis Datæ singulos f et g. Facta quæ prodeunt Dant partes quæsitas $\frac{e}{f+g} \cdot f$ et $\frac{e}{f+g} \cdot g$

Demonstratio.

Etenim $\frac{e}{f+g} \cdot f : \frac{e}{f+g} \cdot g = f : g$. §. 20

et $\frac{e}{f+g} \cdot f + \frac{e}{f+g} \cdot g = \frac{e}{f+g} (f+g) = e$

Ex. gr. 21. Dividantur in Duas partes quæ sint in Ratione 2 : 5 erit

$\frac{21}{7} \cdot 2 = 6$; $\frac{21}{7} \cdot 5 = 15$.

Sed $6 : 15 = 2 : 5$ et $6 + 15 = 21$.

§. 43.

Corollarium.

Si Numerus Datus e in tres partes sit Dividendus quæ eam ad se habeant Rationem quam tres Numeri Dati.

f, g, h operatio sit sequentem in modum

$\frac{e}{f+g+h} \cdot f$ $\frac{e}{f+g+h} \cdot g$ $\frac{e}{f+g+h} \cdot h$.

Unde.

$$C : c = \frac{S}{T} \frac{S}{t}$$

Unde datis Spatiis et temporibus duorum et Celeritate unius Celeritas alterius inveniri potest Si vero tempus quaeratur in Proportione data.

$$\frac{T}{C} : t = \frac{S}{C} : \frac{S}{c} \quad CT : ct = S : S$$

terminus primus et tertius dividatur per C Secundus vero et quartus dividatur per c Sequens exurget Proportio

$$T : t = \frac{S}{C} : \frac{S}{c}$$

Unde datis Spatiis et Celeritatibus duorum temporum quod unius tempus alterius potest inveniri –

§. 41.

Scholion.

Sepe occurrunt Casus in quibus Numerus datus in aliquot partes dividendis est ita quidem ut partes eam adse invicem habeant rationem quam numeri dati; Esto itaque

§. 42.

Problema

Numerum datum e in duas partes dividere quod eam adse invicem habeant rationem quam duo Numeri dati f : g.

Resolutio.

Unde Datis Causis Effectibusque in uno tempore tempus alibi potest inveniri

§. 40.

Scholion.

Pari ratione in Proportione §37.

$$CT : et = S : S.$$

Si fuerit S et S

Erit etiam $CT = ct$.

Adeoque $C : c = t : T$ § 24

Seu si Duo Corpora idem percurrant Spatium tum Celeritates eorundem sunt in ratione reciproca cum temporibus quibus moventur

Unde Data Celeritate cuipiam C et tempore T. quo cursum suum absolvit inveniri potest Celeritas alterius c - Dato tempore alio t idem Spatium percurrentis. vel etiam inveniri potest tempus t quo alter alter Data Celeritate c idem postea relinquit intervallum

§. 41.

Scholion.

In eadem Proportione

$$CT : ct = S : S.$$

Si terminus primus et tertius dividatur per T Secundus vero et quartus per t tum saepe emergit Proportio

$$C : c = \frac{S}{T} : \frac{S}{t}$$

Flor. intra 8. Menses dant quot Flore-
" ni dant intra 12 Menses. Hic est C=30 -
" Flor. T= 8 M, t= 12 M. et est 12 : 8 = 30 : e

et $C = \frac{30.8}{12} = 20$

§. 39.

Scholion.

In eadem Proportione

$CT : ct = E : e$

Si terminus primus et tertius dividatur per T secundus vero et quartus per t tum exurgit sequens Proportio

$C : c = \frac{E}{T} : \frac{e}{t}$

Unde datis Effectibus temporibus ex una causarum alia inveniri potest.

Ex. gr. 100 Personæ = C spatio trium Mensium = T consumunt 21. Centen. Curvis = E; quot Personæ = C c
" sumunt spatio 5 Mensium = t 63 Cen-
" ten = e $\frac{21}{3} : \frac{63}{5} = 100 : 180$

Si vero tempus quæratur, in Proportione supra allata $CT : ct = E : e$ terminus primus et tertius dividatur per C secundus vero et quartus divi-
" datur per c sequens orietur Proportio

$T : t = \frac{E}{C} : \frac{e}{c}$

Unde datis -

Unde Spatium quæsitum S. iisdem modis potest inveniri, quos §. præced. indicavimus

§. 38.

Scholion.

Ex Proportionib. §§. 36. 37. demonstratis aliæ quoque possunt deduci facile quæ usum suum habent in solvendis multis quæstionib.

Ex. gr. §. 36. Demonstravimus quod

$CT : ct = \varepsilon : e$ Unde sequitur

" quod si fuerit $\varepsilon = e$ erit etiam

$CT = ct$ Adeoque

$C : c = tT$. §. 24.

seu si Effectus idem a diversis causis sit præstandus tum Causæ sunt in ratione reciproca etiam Temporib. in quib. Effectum eundem præstant

Unde data Causa C et tempore T. quo Effectum Certum producit inveni-

" re potest Causa alia e quæ dato alio tempore t eundem præstat Effectum, vel invenire potest tempus t quo Causa alia data c eundem producit Ef-

" fectum Ex. gr. Inter usurium quod 30.

Flor. intra-

Constitutorum Tempora et Spatia item alia Similia –

Ex. gr. Si Corpus quoddam vel Cursor aliquis data Celeritate C tempore T Spatium S percurrat invenire quod Corpus aliud, vel cursor alius data Celeritate, c tempore t quantum Spatium S post se relinquat Hinc etiam eadem Regu-
„lae locum habent –

Nempe I. Si Celeritates fuerint aequa-
„les seu C = c tum est

$T : t = S : s.$

II. Si vero Tempora fuerint aequa-
„lia seu T = t tum

$C : c = S : s.$

Quaeratur itaque primum quod Corpus cujus Celeritas est C et tem[illegible] Spatium S. percurrit, idem eadem Celeritate motum tempore t quan-
„tum percurrat spatium, et hoc sit b Erit Secundum Reg I.

$T : t = S : b$ et per Reg. II.
$C : c = b : S.$ Ergo.

$TC : tC = S : S.$

Seu Spatia se habent ad se invi[illegible]uti Facta ex Celeritatibus in sua tempora.

Unde –

$$7000)\overset{13000}{49\ 140000}(7020\ A$$

Quia vero Secundum hanc Methodum sæpe ad Fractiones delabimur Commodior ē Methodus altera qua!

2.) Secundum Proportionem ultimam peragitur operatio

$$CT : ct = Ee$$

Secundum quam Exemplum superius sequentem in modum Computatur $7000 : 12 : 13000 \cdot 9 = 5040 : e$

$$7 : 4 : 12 \quad 3 = 3040 : e$$

$$7 : 13 \quad 3 = 1260 : e$$

$$e = \frac{13 \cdot 3}{7} \quad 1260 = 7020$$

§. 37.

Scholion.

Problema 8 præced non ad illa potest applicari Exempla in quibus Causæ efficientes et effectus locum habent, sed ad alia etiam innumera in quibus aliæ occurunt res quæ vero eadem modo se se habent adeoque Secundum easdem Regulas quas in resolutione Problematis illius præscripsimus debent salvi

Ex. gr. Celeritas Corporum in motu

Constitutos.

II. Si tempora fuerint eadem sum effectus in ea sunt ad se invicem ratione in qua causæ effectus producentes

Judicatur itaque primum quod causa eadem C quo dato tempore T effectum E produxit, tempore alio dato t quem- »nam gignat Effectum, secundum Reg. I. et Effectus hic sit v. Erit

T : t = E : V et per Reg II.

C : c = V : e Ergo per (§. 33. et 20.

TC : tc = E : e seu Effectus se habeant ad se invicem uti Facta ex Causis in sua tempora -

Unde patet quod Effectus quæsitus e Duplici modo possit inveniri vel

I.) Iterata Regulæ trium applicatione ita ut primum judicatur, quod Causa C quo tempore Dato T Effectus produxit quisnam sit Effectus V tempore t alterius causæ c Secun- Proportionem primam. T : t = V : e

Ex. gr. 7000 Flor intra 12 Annos, dant usuram 5040 Fl. Quantum dant 13000 Fl. in 9 Annis

In hoc Exemplo est C = 7000 - T = 12 E = 5040 c = 13000 t = 9 usura quæsita = e Adeoque

12 : 9 = 5040 : v

12) 45360 (3780 Fl = v

7000 : 13000 = 3780 : e

7000) 13000 / 49+40000 (7020 A.

Ordinatim $a : b = c : d$

$b : f = d : h$

Erit $ab : bf = cd : dh$ (§. 33.)

et ex aequo $a : f = c : h$ (§. 20.)

§. 35.

Corollarium

Pari ratione in duab. proportionib. terminus secundus proportionis primae fuerit aequalis termino primo secundae, et terminus tertius primae fuerit, aequalis termino quarto secundae seu si fuerit

Perturbata $a : b$ e $: d$

$b : f = g : c$

erit $ab : bf = cg : de$ (§. 33.)

et ex aequo $a : f = g : d$ (§. 20.)

§. 36.

Problema.

Si dati fuerint quinque numeri ex. gr. Si data quidam causa efficiens C tempore dato T effectum E pariter datum producat; invenire quod causa alia efficiens data C tempore dato t quemnam effectum e producat

Resolutio.

I. Si causa fuerit eadem cum effectus quos hoc produxit se habeat ad se invicem, invicem uti tempora quibus illos profert – Et

II. Si tempus

Corollariis praemitti debet

§. 33.

Theorema.

Si duarum proportionum termini homologi per se invicem multiplicentur || facta quae prodeunt sunt quoque inter se proportionalia Ex. gr. si fuerit

$$a : b = c : d$$
$$\text{Et } e : f = g : h$$
$$\text{Tum erit } ae : bf = cg : dh$$

Demonstratio.

Cum sit $\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$ et $\frac{e}{f} = \frac{g}{h}$ (per Hypothesin et §. 12) est etiam $\frac{a.e}{b.f} = \frac{c}{d} \cdot \frac{g}{h}$

Consequens $\frac{ae}{bf} = \frac{cg}{dh}$ Adeoque (§. 12)

$ae : bf = cg : dh$ Quod E. D.

In Numeris.

$$3 : 6 = 7 : 14$$
$$5 : 30 = 4 : 24$$
$$\text{Ergo } 15 : 180 = 28 : 336$$

§. 34.

Corollarium.

Si in duabus proportionibus termini || mus secundus proportionis primae fuerit aequalis termino primo secundae et terminus quartus primae fuerit aequalis termino tertio secundae seu si fuerit

Ordinatim.

7. Dies Quotus requiritur operariorum numerus ad opus in 4 Dies absolvendum? 7: 4 = 13: x Nunc manifesto patet quod Numerus quartus x major prodiret tertio quia ad opus intra 4 Dies absolvendum? plures requiruntur operarii quam 13: et quidem toties plures quoties tempus intra quod opus peragere debent minus est adeoque ut Numeri directe fiant proportionales Ratio prior Data invertenda est seu termini hoc ordine disponendi

4: 7 = 13: x

Quo facto operatio peragenda ut dictum est ut invenitur x seu Numerus quartus $= 22\frac{3}{4}$

Aliud Exemplum.

Si quis Diebus singulis 4 Mill. peragrare iter seu iter conficiat intra 10 Dies Quot Dies itineri debet impendere, si diebus singulis 5 Mill. post se relinquat? Responsio 8 Dies

§. 32.

Scholion.

Non quam occurrunt casus in quibus quinque Numeri sunt dati e quibus sextus inveniendus est Problematis quod huc pertinet Solutio Regula trium Composita Solet adpellari, at vero illud rectius intelligatur Sequens Theorema cum suis

Corollariis

ponatur locus consequentis, quo hoc Ratio fiat respectu alterius Directa seu Numeri Dati ordinentur ita ut proportio (§. 12.) exigit atque dein operatio secundum Regulam supra (§. 26) datam peragatur

Quoritur autem quod si tres Numeri sint Dati ad quos quartus proportionalis quoritur; unde potest agnosci, an illi sint Directe v. reciproce proportionales

Resolutio Id debet ex Natura proportionis et rerum ipsarum quæ sunt in quæstione consideratione dijudicari Id quod sequentem in modum facile fieri potest

Numeri tres Dati disponantur ita, ut Duo illi qui ejusdem sunt denominationis primum et secundum occupent locum in proportione et tertius qui diversam significat Speciem, tertium dein si terminus secundus sit major primo ante operationem peragendam investigetur, an etiam quartus inveniendus major v. minor fiat tertio si major tum ratio est Directa; si minor tum ratio est reciproca si autem terminus secundus sit minor primo et terminus quartus fiat minor tertia ratio est Directa, si major Ratio Reciproca

Ex. gr. 3. Operarii impendunt operæ 7

7 Dies

catio et Divisio facilius peragantur.
Exemplum vid. in Auctore

§. 31.

Scholion.

Si in duabus rationibus &c. terminus
unius Antecedens ita se habeat ad
suum Consequentem uti alterius Ante-
» cedens ad suum Consequentem tum
Ratio una respectu alterius vocatur
Directa Ex. gr. a : ma b : mb.
3 : 6 = 4 : 8

Si vero terminus Rationis unius
Antecedens ita se habeat ad suum Con-
» sequentem, uti alterius Consequens ad
suum Antecedentem tum Ratio una
respectu alterius vocatur reciproca
seu inversa Ex. gr. a : ma = mb : b
3 : 6 = 8 : 4

In hoc Casu Regula trium inversa
solet appellari ut pro hac Vulgo pecu-
» liaris operandi modus proscribitur

Verum in hoc quoque Casu alia non
opus est Regula praeter illam quam supra
§. 26. tradidimus Sed ubi rationalis reci-
» proca occurrit seu ubi quatuor Numeri sunt
inter se reciproce proportionales, termini
Rationis unius quia Data est invertantur
hoc est terminus qui fuit Antecedens

ponatur.

§. 29.

Scholion.

Quod ad ordinem attinet, quo Numeri dati locandi sunt de hoc Vulgo praecipere solent, quod ex Duobus Numeris rem eandem denotantibus; de quo quaeritur tertio alter autem primo loco ponatur Ex. gr.

3 tb: 4 th = 17 tb: $22\frac{2}{3}$ th all id quod si Numeri in abstracto considerentur fieri potest (per §. 25 I.) Verum si in Concreto spectentur quatenus rem certae Speciei denotant ordo illa locum habere nequit nam 3 tb ad 4 th in Concreto nullam habent rationem quum inter res diversae Speciei nulla possit adesse ratio Retinenda Secundum ordinem á nobis supra traditum et Mathematicis familiarem Proportio Numerorum facilius longe perspicitur atque adeo dijudicare potest ubi Regula primum locum habeat, ubi minus, et quomodo illa sit applicanda ne falso peragatur operatio.

§. 30.

Scholion.

Si Numeri dati fuerint diversae Speciei illi ad eandem Speciem reducendi ut hoc pacto tam Proportio distinctius perspiciatur quam multiplicatio-

peragendos requisitorum et Similia
Ex. gr. Si 3 Librar. pretium sint 4 Thall.
quantum est pretium 17 Librar.
3 lb: 17 lb = 4 th: $22\frac{2}{3}$ thal.
Ubi Ergo Regulam hanc quis applicare
voluerit Certus esse Debet primum De
Proportione Numerorum De quibus quæ-
„ritur nisi enim hoc sit Regula trium
haud recte applicabitur.
Non Desunt quippe exempla in
quibus termini quæstionis videntur esse
Proportionales licet revera non sint
Ex. gr. Si ex vase quodam intra duo minu-
„ta prima tres Congii aquæ effluant quæ-
„ritur intra quot minuta 200 Congii effluant
Si Declivitas Fluvii cujusdam ad inter-
„vallum 200 Pedum unum Pedum adæquat
quanta est Declivitas seu altitudo flu-
„minis per 1350 Milliaria procurrentis,
Ex. gr. Nili?
Si Duobus Equis Pondus quoddam intra
6 horarum intervallum ad Certam
Distantiam Devehatur quo tempore
a 4 Equis per idem Spatium idem Pondus
deportetur?
et quæ sunt alia Similia in quibus Pro-
portio nulla locum habet adquæ adeo
aut Regula trium potest applicari
§. 29 Scholiom

Demonstratio.

D. A = B. C. §. 22. Conseqs.

$D = \frac{B.C}{A}$

§. 27

Corollarium

Si datis Duobs. Numeris A et B tertius Proportionalis D invenire debeat tum Proportio est Continua, et Numerus secundus tertii quoque vicem sustinet seu est

A : B = B : D adeoque prodit tertius D. Si secundus B per se ipsum multiplicetur et factum per primum dividetur seu est $D = \frac{B.B}{A}$

§. 28.

Scholion.

Resolutio hujus Problematis cum suo Corollario vulgo Regula trium dicitur, in qua itaque supponitur, quod ex quatuor Numeris qui sunt in quaestione seu terminis quaestionis duo priores eandem ad se invicem habeant rationem quam duo posteriores, Ex. gr. Quantitates mercis ejusdem determinatae et pretia earundem Merces operationum v. tempora quibus operas absolvat labores et tempora, quibus illi peragantur, labores item et Numeri operationum ad illos peragendos.

IV. Componendo. seu

$A+C : B = C+D : D$

Demonstratio.

$A : C = B : D$ (per I.) Conseql.
$A+B : C+D = B : D$ (per II.) Ergo
$A+B : B = C+D : D$ (per I.)

V. Dividendo seu

$A-B : B = C-D : D$

Demonstratio.

$A : C = B : D$ (per I.) Conseql.
$A-B : C-D = B : D$ (per III.) Ergo
$A-B : B = C-D : D$ per I.)

VI. Convertendo seu

$A : A-B = C : C-D$

Demonstratio.

$A : C = B : D$ (per I.) Conseql.
$A : C = A-B : C-D$ (per III.) Ergo
$A : A-B = C : C-D$ (per I.)

§. 26.

Problema.

Datis tribus numeris A. B. C. quartum Proportionalem invenire D. ita ut sit

$A : B = C : D$

Resolutio

Secundus ducatur in tertium, Factum dividatur per primum Quotus qui prodit erit quartus quæsitus.

Demonstratio.

§. 25.

Theorema.

Si quatuor Numeri v. Quantitates fu-
„erint proportionales ex. gr.

$A : B = C : D$ tum est etiam

I. Permutando ut prima ad tertiam
ita Secunda ad quartam seu

$A : C = B : D$

Demonstratio.

$A . D = B . C$ §. 22 Sed

$\frac{AD}{DC} = \frac{BC}{DC}$ Consequ $\frac{A}{C} = \frac{B}{D}$ Ergo.

$A : C = B : D$

vel secundum Auctorem

$a : am = b : bm$

$a : b = am : bm$ §. 20.

II. Antecedentes et Consequentes Su-
„mando seu $A + C : B + D = A : B$.

Demonstratio.

$A . D = B . C$ Conseq $A . D + CD = B . C + C . D$
vel $(A + C) D = (B + D) . C$ Ergo

$A + C : B + D = C : D = A : B$ (§ 24)

III. Antecedentes et Consequentes =
= differentiando seu $A - C : B - D = A : B$

Demonstratio.

$A . D = B . C$ Conseq $A . D - CD = B . C - C . D$
vel $(A - C .) D = (B - D) . C$ Ergo

$A - C : B - D = C : D = A : B$ (§. 24

IV. Comp.

§. 23.

Corollarium.

Si terminus secundus fuerit æqualis tertio seu $A : B = B : C$ tua est

(Atque) $A \cdot C = BB = B^2$ et $B = \sqrt{A \cdot C}$

Atque adeo inter duos Numeros invenitur medius Geometricæ Proportionalis si ex Facto eorundem Radix Quadrata extrahatur.

Si porro terminus primus fuerit 1. seu $1 : B = B : C$ tum est $C = B^2$

Consequenter Radix Quadrate est ter-
„minus medius Geometricæ proportiona-
„lis inter 1. et Quadratum ejusdem Quad-
„ratum vero est tertius Geometricæ propor-
„tionalis ad 1. et Radicem Quadratam

§. 24.

Theorema.

Si duo Facta fuerint inter se æqualia ea re salvi possunt in Proportionem, ita-
„quidem ut ex Facto Uno termini extremi ex altero autem medii exurgant

Ex gr. ex $A \cdot D = B \cdot C$ sequitur

$$A : B = C : D$$

Demonstratio:

$\frac{AD}{BD} = \frac{BC}{BD}$ Conseq. $\frac{A}{B} = \frac{C}{D}$ Adeoque

$A : B = C : D$.

§. 25. Theorema

§. 21.

Corollarium.

Si duæ Fractiones eundem habent Denominatorem in ea sunt Ratione ad se invicem quam Numeratores habent ad se invicem

Nam quum Denominator Communis Spectari possit tanquam Divisor, perinde est ac si Numeratores per eundem Numerum Dividerentur Adeoque in hoc Casu Fractiones sunt Quoti qui prodeunt Dum Numeratores earum per eundem Numerum Dividuntur In hoc autem Casu Quoti sunt in ea Ratione in qua Nri qui Dividuntur (per 8 prod.) Eō etiam Fractiones sunt in eadem Ratione in qua Numeratores

Ex. gr. $\frac{7}{3} : \frac{5}{4} = \frac{7 \cdot 4}{3 \cdot 4} : \frac{5 \cdot 3}{3 \cdot 4} = \frac{28}{12} : \frac{15}{12} = 28 : 15.$

§. 22.

Theorema.

In Proportione Geometrica Factum Terminorum extremorum est æquale facto mediorum

Demonstratio.

$$a : ma = b : mb$$

$$amb = mab$$

Demonstratio alia.

Sit $A : B = C : D$ tum est

$\frac{A}{B} = \frac{C}{D}$ §. 12

et $\frac{AD}{BD} = \frac{CB}{DB}$ Sed $BD = DB$

§ $AD = CB$

§. 23. Corollab.

178.

Si in Ratione quadam idem fuerit Quotus qui in altera, tum duæ hæ rationes sunt inter se æquales

Sed si duo Numeri certam ad se invicem habentes Rationem per eundem Numerum multiplicentur, facta quæ prodeunt dant Quotum qui prodit Quoto Numerorum ipsorum eum æqualis est per Conch. 3.

Ex. si duo Numeri certam ad se invicem habentes Rationem per eundem tertium multiplicetur tum facta quæ prodeunt eandem ad se invicem habent Rationem quam Numeri ipsi qui multiplicantur seu duæ hæ rationes sunt inter se æquales

Q. E. D.

Ex gr. $\frac{3}{6} = \frac{3 \cdot 4}{6 \cdot 4} = \frac{12}{24}$

Ergo $3 : 6 = 12 : 24$.

In genere $\frac{a}{b} = \frac{ma}{mb}$

Ergo $a : b = ma : mb$.

II. Quod ad Casum posteriorem attinet is pari Ratione mutatis mutandis Demonstratur ex Theoremate

Si Fractionis cujusdam tam Numerator quam Denominator per eundem Numerum dividatur Quantitas Fractionis non mutatur. Ex gr. $\frac{12}{24} = \frac{12\frac{1}{4}}{24\frac{1}{4}} = \frac{3}{6}$

Qo. $12 : 24 = 3 : 6$.

§. 21. Corollar.

Fractionis eadem manet; seu Facta quæ prod-
»unt dant Fractionem priori æqualem.

Sed Quotus quilibet æquivalet Fractioni
cujus Numerator est Dividendus et Denominator
est Divisor

1.) Si Quoti cujusdam tam Dividendus
quam Divisor per eundem Numerum mul-
»tiplicetur, tum Facta quæ prodeunt dant
Quotum priori æqualem.

Quando cunque ÷ quæritur Quoties Numerus
Unus in altero contineatur tum Numerus
prior pro Divisore, posterior pro Dividendo
habetur

Sed in ratione Duorum Numerorum
quæritur quoties Unus in altero contineatur.

2.) Si in Ratione qualibet Duorum Numero-
»rum Unus pro Divisore alter pro Dividendo
habendus est

× × ×

Si Quoti cujusdam tam dividendus quam
Divisor per eundem Numerum multipli-
»cetur tum Facta quæ prodeunt dant Quotum
priori æqualem per Coroll. I.

Sed in Ratione qualibet Duorum Nume-
»rorum Unus pro Divisore alter pro Divi-
»dendo habendus est per Coroll. 2.

3.) Si in Ratione qualibet Duorum Nu-
merorum si uterque per eundem numerum
multiplicetur Facta quæ prodeunt dant
Quotum priori æqualem.

Si in Ratione.

" tur Factum prius (12) quoties in Factore Secundo (6) Factor prior (3) continetur tum Factum prius (12) eandem habet rationem ad Factum Secundum (24) quam habet Factor prior (3) ad Secun-" dum (6) S. tt.

Atqui in Facto Secundo (24) toties Continetur Factum prius (12) quoties in Factore Secundo (6) Factum prior (3) continetur. per Const. 3.

Ergo Factum prius (12) eandem habet ra-" tionem ad Factum Secundum (24) quam habet Factor prior (3) ad Secundum (6) Q. E. D.

II. Quod ad Casum Secundum attinet, is sequitur ex Casu priori.

Nam Numeri quicunque Dividendi ita possunt Considerari tanquam Facta et Dubii qui prodeunt si Dividendi per-" eundem Divisorem dividantur tanquam Factores. Quod ergo de Factis et Factoribus Numeris demonstratum est idem valet de Dividendis atque Quotis etiam qui prodeunt quum duo Numeri per eundem Divisorem dividuntur.

Demonstratio alia.

Si Fractionis cujuspiam tam Numera-" tor quam Denominator per eundem Numerum multiplicetur, Quantitas

Fractionis

Si idem Numerus (4) in Facto ~~priori~~ Secundo (12) toties sæpius contineatur quam in Facto priori (12) quoties Factor secundus (6) major est quam prior (3) tum Factum Secundum (24) toties majus est quam prius (12) quoties Factor Secundus (6) major est quam prior (3)

Atqui idem Numerus (4) in Facto Secundo (24) toties Sæpius Continetur quam in Facto priori (12) quoties Factor Secundus (6) ma-
„jor est quam prior (3) per Concl. I.

2.) Es. Factum Secundum 24 toties ma-
„jus ~~quam Factum~~ est quam prius (12) quo-
„ties Factor Secundus (6) major ē quam prior. (3)

Si Factum Secundum (24) toties sit majus quam Factum prius (12) quoties Factor Secundus (6) major est quam prior (3) tum in Facto Secundo (24) toties conti-
„netur Factum prius (12) quoties in Facto-
„re Secundo (6) prior Factor (3) continetur.

Atqui Factum Secundum (24) toties majus est quam prius (12) quoties Factor Secundus (6) major ē quam prior (3) per Concl. 2.

3.) Es in Facto Secundo (24) toties Continetur Factum prius (12) quoties in Factore Secundo (6) Factor prior (3) Continetur.

Si in Facto Secundo (24) toties Continen

tur.

§. 19.

Rationes Axioma.

Duos eidem tertio æquales sunt etiam æquales inter se

§. 20.

Theorema.

Si duo Nri per eundem Numerum multiplicentur aut Dividantur, in Casu priori Facta in altero autem emergentes sunt in eadem ratione ad se invicem, in qua Numeri = qui multiplicantur aut dividuntur.

Demonstratio.

I. Quod ad priorem Casum attinet Auctor Sequentem in modum demonstrat sint Duo Numeri Dati (3) et (6) qui multiplicantur per eundem (4) vel quod eodem redit hic tertius (4) multiplicetur per duos illos Numeros Datos (3) et (6) Factum prius exit (12) posterius (24)

Quod si itaque idem Numerus (4) per duos alios (3) et (6) multiplicetur, tum idem Numerus (4) in Facto Secundo (24) toties sopius continetur quam in Facto priori (12) quoties Factor Secundus (6) major ē quam prior (3) per Definitionem Multiplicationis Atqui idem Numerus (4) per duos alios (3) et (6) multiplicatur per Hypothesin.

I.) Ergo idem Numerus (4) in Facto Secundo (24) toties sopius continetur quam in priori (12) quoties Factor Secundus (6) major est quam prior (3)

Si idem

=tionalis Si Summa eorundem dividatur per Numerum qui tott in se continet Uni-
„tates quot Numeri sunt dati

Id quod in Civilib. etiam atque Politicis negotiis sæpe usum suum habet

Ex. gr. Si quæratur quodnam sit prœcium medium Tritici certo in loco? ut ad hanc quæstionem respondeatur prœcia diversa diversis temporib. eodem in loco notari debeat: et illa in unam summam colligi, quæ in tott partes dividenda quot diversa prœcia in unam summam fuere collecta. Sit prœcium medii unius certo tempore=
=

=36 Dem.
Alio tempore= 48 Dr.
Alio tempore= 60 Dnr.
Summa= 144 Dr.
Div. per 3.= 48 Dr.
prœcium medium

Si quæratur quot homines moriantur certo in loco spatio Anno? ut ad hanc questi-
„onem possit responsio dari quæ ad verissi-
„militudinem quam proxime accedat in decem Annis diversis st in sequentib. notari debet, quantus Annis singulis eodem in loco fuerit mortuorum numerus; decem hi Numeri in unam summam colligenda et hæc per 10. dividenda Quotus qui prodit exhibet Numerum mortuorum prope ve-
„rum annuo quovis intervallo eodem in loco.

§. 19. Axioma.

(§. 15.)

$a-(a+d)=b-(b+d)$

$a-a-d=b-(b-d)$

Sed $a+b+d=a+d+b$ et

$a+b-d=a-d+b$

Seu Summa terminor. extremorum in utraqs. formula aqualis est Summ. mediorum. §. 16.

Corollarium.

In Proportione Arithmetica Continua Summa extremorum est aqualis medii Duplo qui nempe bis occurrit nam propor-
" tiones exprimuntur -

$a-(a+d)=(a+d)-a+2d$

$a-(a-d)=(a-d)-a-2d$

Sed $a+a+2d=a+d+a+d$ et

$a+a-2d=a-d+a-d$

§. 17.

Corollarium.

Consequenter invenitur termi-nus -
" medius Summa extremorum dimidium Sumatur Ex gr. Inter 39 et 47 medius terminus est $\frac{39+47}{2}=43$. et $47-43=43-39$.

§. 18.

Corollarium.

Pari ratione invenitur inter plures numeros medios Arithmeticè Proportio-

nales.

§. 14.

Definitio.

Si in Proportione terminus secundus et tertius idem fuerit vocatur ea Continua et terminus qui bis occurit medius dicitur Ex. gr.

Proportio Arithmetica Continua Sequens 12-7=7-2 vel in genere

$a-(a+d)=a+d-(a+2d)$ §. (10

vel $a-(a+d)=a-d-(a-2d)$

Iuiusc. formulis omnes Proportiones Arithmeticæ continuæ in genere exprimuntur. Exemplum Proportionis Geometricæ Continuæ

Si $b=b:12$ vel in genere

$a:ma=ma:ma^2$ §. 13

Iuæ formulæ omnes Proportiones Geometri continuæ in genere repræsentantur.

§. 15.

Theorema.

In qualibet Proportione Arithmetica Summa terminorum extremorum est æqualis Summæ mediorum

Demonstratio.

Omnes quippe Proportiones Arithmeticæ his formulis Exprimuntur

(§. 10)

p70. 20: 6 = 32: 8 et

a: b = c: d

§. 12.

Definitio.

Duorum rationum Geometricarum aqualitas vocatur Geometrica proportio vel simpliciter proportio quæ ergo commodissime designatur ita quemadmodum §. ita præcedenti factum est qui ipse hoc designandi ratio ipsam ejusdem Naturam exprimit et ab Ill. Leibnitio primum adhibita est, Alias solet etiam Sequentem in modum designari a. b:: c. d

Hinc hæc etiam proportio è quatuor constat terminis quorum primus et quartus extremi secundus vero et tertius medii appellantur Ambo autem antecedens a, c, vel ambo Consequentes, b, d, communi nomine homologi vocantur

§. 13.

Corollarium

Duæ rationes inter se æquales eundem habent Exponentem (§. 6. 11) Adeoque si proportionis cujuspiam tres termini priores fuerint Sequentes

a: ma = b. erit quartus mb Quia a: ma = b: mb

Quæ formula omnes Proportiones Geometricas in Genere exprimit

§. 14. Defin.

Subtrahatur; vel vice versa si primus a Secundo, atque tertius a quarto subtrahatur (§. 8) Hinc tanto precise minor vel major est terminus Secundus primo quanto quartus tertio, Adeoque si primus et tertius terminus Sumantur pro arbitrio, ut proportio Arithmetica exurgat, uterque eadem Quantitate augeri vel imminui debet quo terminus tertius et quartus obtineantur unde patet quod Formula illa generali.

$$a-(a+d)=b-(b+d) \text{ vel}$$
$$a-(a-d)=b-(b-d)$$

quam supra (§. 8) Dedimus, omnes proportiones Arithmeticas in genere repraesententur. §. 11.

Definitio.

Si duae rationes Geometricae ex. gr. 20:5 et 32:8 vel in genere a:b et c:d inter se comparentur et in utraque si terminus antecedens dividatur per Consequentem idem prodeat Quotus seu $\frac{20}{5}=\frac{32}{8}$ vel $\frac{a}{b}=\frac{c}{d}$ tum 20 ad 5 vel ad b eandem habet Rationem quam 32 ad 8 vel c ad d Adeo quae duae hae rationes dici possunt Similes vel etiam aequales, seu est

20:5=32:

20 - 15 = 35 - 30 vel in genere
$a-(a+d)=b-(b+d)$ seu
$a-(a-d)=b-(b-d)$

Scilicet potest etiam fieri ut Termini Consequentes sint majores Antecedentibus quo in Casu differentia Terminorum ab utroque Latere est negativa, si nempe Termini Consequentes ab Antecedentibus subtrahatur. erit terminus consequens = ma

Definitio

Duorum rationum Arithmeticarum aequalitas (vel similitudo) Proportio Arithmetica vocatur. Quo itaque optime designatur eum in modum uti §. procedenti factum est quid scilicet designandi ratio ex ipsa Definitione fluit, et a Cel. Autore primum introducta est, alios solet etiam sequentem in modum exprimi:

20. 15 :: 35. 30.

Hinc manifestum est ut proportio Arithmetica quatuor constet terminis quorum primus et ultimus, extremi, secundus vero et tertius simul medii appellantur

§. 10.

Quum in proportione Arithmetica eadem producat differentia, si terminus secundus a primo atque quartus a tertio

Subtrahat.

comparantur, vocantur termini Rationis quo-
rum unus antecedens, alter vero consequens est, in
ordine quo se invicem subsequuntur; qui aut-
tem ordo ab arbitrio pendet

§. 6.

Definitio.

In Ratione Geometrica Numerus qui indicat
quoties terminus Antecedens in Consequente
contineatur vocatur Exponens seu Nomen
Rationis Ex. gr. Rationis 5: 20 Exponens est 4
Rationis vero 20: 5 Exponens est $\frac{1}{4}$

§. 7.

Corollarium.

Si terminus Antecedens multiplicetur per
exponentem prodit Terminus consequens seu
terminus Consequens est Factum, ex termino
antecedenti in Exponentem Ex. gr. in Ratione
5: 20 4. 8 = 20 In Ratione 20: 5 est $\frac{1}{4}$. 20 = 5
In genere si terminus Antecedens sit a,
Exponens m; erit §. 8.

Corollarium.

Si duae Rationes Arithmeticae inter se
comparentur, et in utraque eadem sit
terminorum differentia; tum in una
earum eandem habent terminus Antece-
dens ad Consequentem.
Rationem Arithmeticam atque in altera.
Quamobrem rationes hae Arithmeticae
similes vel equales dici, et sequentem in
modum designari possunt

20 - 15 = 35 - 30.

§. 2.

Definitio.

Si per Subtractionem investigetur quanto Numerus unus major sit altero tum relatio eor. ad se invicem in quia considerantur hoc in casu Ratio dicitur Arithmetica

Ex. gr. 2 - 5 = 15

Signum itaq; Rationis Arithmeticæ est idem quod Subtractionis.

§. 3.

Definitio.

Si vero per Divisionem investigetur quotiens Numerus unus in altero continetur, vel quanta unius pars in altero reperiatur tum considerantur ea in relatione ad se invicem quæ ratio Geometrica appellatur.

Ex. gr. $\frac{20}{5} - 4$; $\frac{5}{20} - \frac{1}{4}$

Hinc Rationis Geometricæ signum : idem quod Divisionis Ex. gr. 20 : 5 ut vero Ratio Geometrica à Juoto qui per divisionem prodit distinguatur. consultum est hunc ad formam Fractionis semper exprimere et pro Ratione Geometrica primi illud signum Scribere.

§. 4.

Scholion.

Veteres nomine Rationis Geometricam semper intelligi volebant Rationem; hinc hodie dum ubi nomen Rationis simpliciter occurrit Geometricam semper designat Rationem

§. 5. Definitio.

Ju qualibet ratione Numeri ipsi qui inter se

Comparantur.

Exemplum.

67 (p q r s
$p^3 = 64$ 4,061

3,000
$3p^2 = (4,8)$

3,000000
$3.(p+q)^2 = (4800)$
$3.(p+q)^2 r =$ 28800
$3.(p+q).r^2 =$ 4320
$r^3 =$ 216

2,923416

76584000
$3.(p+q+r)^2 = (494508)$
$3.(p+q+r)^2 s =$ 494508
$3(p+q+r).s^2 =$ 1218
s^3 1

494 62981

Examen 271 21019

$p+q+r+s) = 66,972878981$

67,

De Ratione et Proportione.

§. 1.

Definitio.

Quandocunqs; duo Numeri (vel duæ Quanti-
"tates homogeneæ in genere) in ea ad se invi-
"cem Considerantur relatione ut unius Quantitas
ex alterius Quantitate Determinari possit
immediate hæc eor relatio vocari solet Ratio.

§. 2. Definitio.

Resolutio.

I. Inveniatur pars Radicis quæ ex Numero constat integro secundum Reg. §. 20 & 22 descriptos.

II. Ex Residuo quod post peractam illam operationem relinquitur, inveniantur primum partes Decimæ Radicis

III. Quem in finem Numerus ex quo partes Decimæ Radicis sint inveniendæ reducatur ad Fractionem Decimalem quæ millesimos in se continet unitatis partes Fractionis enim quæ Decimas denotat unitatis partes Cubus ē Fractio quæ millesimos unitatis in se complectitur partes;) id quod fit si post locum unitatum Simplicium, tres o scribantur.

IV. Eandem ob rationem ut partes Radicis centesimæ inveniantur post Numerum (III) dictum scribantur tres Cyphræ bis seu sex Cyphræ. Et sit in genere, tres Cyphræ totiès ad Numerum adjiciantur quot notis Decimalibus Radix quæsita ex primenda est.

V. Operatio autem fiat secundum Regulas supra §. 22 datas.

Exemplum.

$q =$ 700877312 | 8
$3(p+q+r)^2 =$ (874800) | 1874800
$3(p+q+r)^2 S =$ 6998400 | 6998400
$3p+q+r\ S^2 =$ 103680 | 103680
$S^3 =$ 512 | 512
700877312 | 700877312
0 | 0

§. 23.

Corollarium.

Id quod supra (§ 12) de Radice Quadrata dictum est, Viam de radice cujuscunque gradus in genere verum est. Nimirum si Radix ipsa numero integro perfecte exprimi nequeat, tum nec fractione ulla parti illi quod Nro integro exhibetur adjecta perfecte exprimi nequit seu est Nus irrationalis interim tamen ad verum ejus valorem tam prope accedere licet quantumquis voluerit, v. radicem ipsam prope veram invenire licet si quadratur in partibus semper minoribus et hæ per fractiones Decimales repræsentantur seu per approximationem -

§. 24.

Problema

Nro integro. Cujus Radix cubica Nro integro perfecte exprimi nequit seu e Numeris irrationalis Radicem hanc per approximationem invenire -

Resol.

162. II. Ex Classe prima et secunda versus sinis-
"tram inveniantur duæ priores radicis partes
(p et q) secund §. 20.

III. Quor ex his duabus Classibus peracta-
"operatione §20mo prescripta relinquitur,
residuum adjungatur ad Classem sequentem
et partes Radicis jam inventæ simul sumtæ
habeantur pro parte prima (p+q) et pars
sequens quæ inveniri debet r. pro parte
secunda atqs. inde inveniatur pars tertia
radicis r. secundum Reg. II. et seqq. §. 20.
Pari rāone pars quarta s. si hæc pro parte
secunda et tres priores inventæ simul
pro parte prima habeantur. & sp. donec
pars aliqua invenienda supersit,

Exemplum.

158|164|877|312 (p q r s
5 4 0 8.

$p^3 = 125$

R. 33164

$3p^2 = (75)$

$3p^2q = 300$

$3pq^2 = 240$

$q^3 = 64$

32464

$s = 700877$

$3p+q+r = (8748)$

$q = 700877312$

$q = 700877312$

quam duabus constat partibus.

Resolutio.

Si Radix e tribus constat partibus $p+q+r$ tum ponamus $q+q = ar = b$ et erit (§. 14)

$$a^3 = (p+q)^3 = p^3 + 3p^2q + 3qq^2 + q^3.$$

$$3a^2b = 3(p+q)^3 r$$

$$3ab^2 + b^3 = 3(p+q) r^2 + r^3$$

Unde manifestum est quod Cubus Radicis quæ é pluribus constat partib. in se continet Cubos partium singularum Radicis facta triplo ex quadrato summæ partium omnium antecedentium in quadratum proxime sequentis.

Id quod pro quolibet Radice demonstrari potest, si modo partes omnes Radicis simul sumtæ præter ultimam habeantur pro parte secunda = b atqs. ita operatio instituatur secundum §. 14.

§. 22.

Problema.

Ex numero quocunqs. integro Radicem Cubicam extrahere.

Resolutio.

Numerus datus dividatur in Classes quarum quælibet tres notas in se contineat á Dextra versus sinistram Classis sinistimæ Viam unam v. duas &c. potest in se complecti notas quot Classes emergunt ex tot componitur notis.

II. Ex Classe.

nuatur unitate eousqs, et facta operatio Reg IV. V. VI. et VII. proscripta repetatur donec inveniatur S quod notas Nri dati supra scriptas seu R non excedit et si id his aequale fuerit quemadmodum Reg VII. tum quidem pars secunda Radicis perfecte inventa est.

IX. Quodsi denigs, fuerit S L R atque adeo illo ab hoc subtracto Residuum aliquod superfuerit tunc Numerus inventus est minor quam Radix quaesita sed ne unaquidem unitate. Si enim I. adjiciatur ad Numerum inventum tum Radix quaesita erit major consequenter Radix ipsa cadit inter duos numeros integros qui tantum unitate differunt adeoque Numero integro perfecte exprimi nequit scilicet in hoc casu Numeri inventi Cubus est minor quam Nrus datus N. et si Numerum I adjiciatur Cubus ejus erit major quam Numerus datus N.

Exemplum.

$a^3 =$	N. 185 | 193	(ab 57
$R =$	125	
$3a^2 =$	60193	
$3a^2b =$	(75)	
$3ab^2 =$	525	
$b^2 =$	735	
	343	
$5 =$	60193	

§. 21. Problema

Invenire Cubum Radicis quie pluribus quam.

Radicis jam inventæ illudqs. ter Sumtum Scribatur ita ut nota Suprema Classis Subsequentis

III. Dividatur per illud Nrus Supra scriptus Quotus qui prodit Summatur pro parte Secunda Radicis Quia vero is hac major potest esse v. invenire §. 19. 16 hinc ut innotescat, an non pars Secunda justo major inventa sit.

IV. Multiplicetur Quotus inventus per Quadratum triplum partis primæ Semper Nrum illum qui fuit ante Divisor (II) et factum quod prodit, np. est $= 3a^2b$ scribatur ita ut nota ejus infima cadat sub nota Suprema Classis dextime, (§. 19)

V. Quadratum Quoti multiplicetur per partem primam Factum quod emerget ter Sumatur atqs. Scribatur ita ut, nota ejus infima Sub nota media Classis dextimæ terminetur quod np. est $= 3ab^2$ (§. 19).

\#\# VII. Tres si Numeri per Reg. IV, V, VI inventi addantur si eorum summa S sit æqualis Notas Numeri Cubici Supra scriptis seu R tum Quotus est vera, pars Secunda Radicis $= b$ et $a + b$ est Radix Cubica quæsita cujus nempe cubus Numero dato æqualis est.

\#\# VI. Cubus Quoti seu b^3 terminetur sub nota infima Classis ejusdem, (§. 19)

VIII. Si autem S 7 R tum quotus immi-

nuatur-

minimum 4 et ad Summum Sex in se con-
tinere potest notas

§. 18.

Corollarium.

Radix Cubica Nri qui e quatuor quinq;
v. Sex ad Summum notis constat, nec plures
nec pauciores in se complectitur quam
duas notas.

Quodsi itaq; io in classes distinguatur;
a Dextra versus sinistram quarum Dextima
tres sinistima autem unam duas vel tres in se
complectatur notas tot erunt classes quot
partes Radix habet.

§. 19.

Corollarium.

In Nota sinistima Classis Dextimæ termi-
natur $3a^2b$ in media $3ab^2$ in infima b^3

§. 20.

Problema.

Nro dato qui e quatuor quinq; vel ad
Summum Sex notis constat Radicem
cubicam extrahere.

Resolutio.

I. Numerus datus dividatur in Classes
secundum §. 18 dein Nris cubicis qui ad
Classem sinistimam qui proxime accedit,
ab ea subtrahatur; Radix ejus est pars
prima Radicis seu Decas.

II. Ad Residuum adjungatur Classis subse-
quens inveniatur Quadratum partis primæ

Radicis.

§. 16.

Corollarium.

Cubus unius notæ non pluribus quam e 3bus ad summum potest constare notis Quadratum Notæ quæ omnium maxima est Ex. gr. 9. ter sumtum si per notam maximam multiplicetur factum quod prodit non ultra 3.9.9.9 = 3.729 = 2187. assurgit Consequenter $3a^2b$ ultra locum Cencies Millenariorum nunquam sese extendit Ratione $3ab^2$ non majusquam 3.90.9² = 21870 esse atque adeo ad locum tantum Decies millenariorum pertingere potest Denique b^3 ad locum usque Centenariorum potest excurere.

Ex. gr. sit $a+b = 90+9$ erit

$$\begin{array}{rr} a^3 = & 729000 \\ 3a^2b = & 218700 \\ 3ab^2 = & 21870 \\ b^3 = & 729 \\ \hline & 970299 \end{array}$$

§. 17.

Corollarium.

Cubus Nri omnium qui e duabus constat notis minimi ex. gr. 10. e quatuor constat notis. Cubus vero Nri inter eos qui e tribus constant notis omnium minimi Ex. gr. 100. septem in se continet notas, Consequenter, Cubus Nri cujuscunque e duabus notis Constantis ad minimum.

 Duabus constat partib. constat ex cubo partis primæ; e triplo producto Quadrati partis primæ in secundam, e Triplo producto partis primæ in Quadratum partis secundæ et ex cubo partis secundæ.

Demonstratio.

Quadratum $a^2+2ab+b^2$
Multiplicetur per $a+b$.

$$\begin{array}{r} a^3+2a^2b+ab^2 \\ \text{prodit } +a^2b+2ab^2+b^3 \\ \hline (a+b)^3 = a^3+3a^2b+3ab^2+b^3. \end{array}$$

§. 15. Corollarium.

Si a fuerit Decas b autem unitas Ex. gr. si fuerit $a+b=50+7$ erit,

$a^3 = 50.50.50 = 125000$ Cubus partis primæ
$3a^2b = 3.50.50.7 = 52500$. 3lum product. □ti Part. ⊥
$3ab^2 = 3.50.7.7 = 7350$. 3lum Prod. ⊥ I. in 2dam part. Imæ in □ P. 2dæ.
$b^3 = 7.7.7. = 343$ Cubus partis 2dæ.

$185193 = (57)3.$

unde apparet, qd Cubus partis Imæ in loco Millenariorum 3lum productum Quadrati partis primæ in 2dam in loco Centenariorum triplum productum partis primæ in □tum partis 2dæ in loco Decadum et Cubus partis secundæ, in loco unitatum terminetur.

§. 16. Corollarium.

Sunt ad residuum antea dictum adjiciendæ quot notas Decimales Radicis invenire lubet. operatio autem fiat secundum Regulas jam dictas. Exemplum.

1,7320508. = $\sqrt{3}$

3
1
2,00
(27)
189
1100
(343)
1029
7100
(3462)
6924
17600
(34640)
1760000
(346405)
1732025
2797500
(3464100)
279750000
(34641008)
277128064
2621936.

De Radice Cubica Extrahenda.

§. 14.

Theorema.

et a vento contrario versus Orientem
retrorsum agatur per 4 Milliaria is
nihilo minus progressus e nam iter 4.
Milliarium debet versus occidentem
progressum esse, respectu ejus nimirum
loci in quo prius consistebat.

Hoc itaq;

 tum Debitum ē Pecunia negativa: si vero Debitum sumatur Positivum, tum pecuniæ paratæ erit Debitum Negativum

Quum Quantitatum oppositarum, una destruat v. minuat alteram, hinc quanti„ „tas negativa potest tanquam aliquid conside„ „rari, quod a positiva qtte subtrahi debet, adeoqz. signo subtractionis — eidem præfixo notatur, si Positiva signo + Denotetur. sic flor. 3 Debiti & 7. flor. paratæ pecuniæ faciunt si„ „mul +7-3 Pecuniæ paratæ. Si vero Debitum pro Positivo sumatur, eadem rāone 3 flor. Pe„ cuniæ paratæ et 7. flor. Debiti faciunt simul + +7-3 Debiti. Si plures simul fuerint quanti„ tates oppositæ, & plurima earum fuerit positiva signum + initio expresse non ponitur, sed tt. subintelligitur: Ex. gr. Exem„ „plum superius scribitur sequentem in modum; 7-3.

Quod si qttās negativa sit major qm to„ Positiva, tum plus deberet subtrahi. quam actu adest, verum ex qtte Positiva ō nisi tt. subtrahi pt: quantum ipsa faciti itaqz; in quantitate negatz. relinquitur ea adhuc pars quæ positivam excedit; Ex. gr. 7. flor. pecuniæ paratæ, & 10 flor. debiti faciunt 7-10 Pecuniæ paratæ seu -3 Pecuniæ paratæ.

Quantitas hæc negativa, quæ in hoc casu relinquitur, ē vera & realis quantitas, non secus ac positiva, quæ vero illi tanquam positiva consideratur opposita ē Ex. gr. 3 flor.

Debiti.

quam Fractionum tollendarum vel Numera„
„tor vel Denominator vel uterque sunt
Numeri primi, aut ambo Numeri inter se primi.

De Quantitatibus oppositis.

Nri tam integri quam Fracti. quia quanti„
tates ejusdem Speciei quaecunqs, in qre pos„
sunt eo respectu considerari, ut quantitas
una aliam destruat. v. saltem minuat,
et in hoc casu vocantur illae quantitates
oppositae.

Ex. gr. Si quis possideat paratae pecuniae
Flor. 7. debeat autem alteri Flor. 3. Item
si quis in mari nave proficiscens volens
certum in locum, versus illum progredia„
„tur per milliaria 10. sed inde a vento retro
pellatur. contraria directione per millia„
„ria 7. In illo casu Flor. 7. pecuniae paratae
et Flor. 3. debiti, in hoc autem 10. milliaria
& 7. milliaria contrariis directionibus per=
=cursa, st quantitates oppositor.

Quantitates hae oppositae peculiares
habent proprietates in rão eas computan„
„di ē ab ea, qm huc usqs, tradidimus di=
=versa eamqs, ob causam de iis jam erit
agendum.

Una qtum oppositarum vocatur positiva,
seu affirmativa, altera autem Negativa Quae„
„nam am ē duabus positiva dicenda sit
pendet ab arbitrio cujuslibet. Ex. gr. Si
parata pecunia habeatur pro positiva,

tum-

106. Item $8 : 3\frac{4}{5} = \frac{8}{3\frac{4}{5}}$

In his omnibus Casibus Quotus hac ratione expressus etiam Fractio Fractionis dici consuevit quia vel Numerator vel Denominator vel uterqs, simul ex novæ constat Fractione

Quæ Fractiones novæ tam ex Numera„ „tore quam Denominatore tolluntur si Numerator tanquam Dividendus per„ „Denominatorem tanquam Divisorem actu dividatur secundum regulas jam suppeditatas; atqs, ita Fractio Fractionis ad simplicem reducitur Fractionem, quo pacto valor ejus distinctius perspicitur

Ex. gr. $\frac{\frac{1}{2}}{\frac{2}{3}} = \frac{1}{2} : \frac{2}{3} = \frac{1}{2} \cdot \frac{3}{2} = \frac{3}{4}$

Item $\frac{\frac{2}{3}}{4} = \frac{2}{3} : 4 = \frac{2}{12} = \frac{1}{6}$

Item $\frac{5}{\frac{2}{3}} = 5 : \frac{2}{3} = \frac{5}{1} \cdot \frac{2}{3} = \frac{5}{1} \cdot \frac{3}{2} = \frac{15}{2}$

Item $\frac{2\frac{1}{3}}{\frac{6.2}{5}} = 2\frac{1}{3} : 6\frac{2}{5} = \frac{7}{3} : \frac{32}{5} = \frac{7}{3} \cdot \frac{5}{32} = \frac{35}{96}$

Item $4\frac{\frac{2}{3}}{5} = 4\frac{2}{3} : 5 = \frac{14}{3} : 5 = \frac{14}{15}$

Item $\frac{8}{\frac{34}{5}} = 8 : 3\frac{4}{5} = 8 : \frac{19}{5} = \frac{8}{1} :$

$\frac{19}{5} = \frac{8}{1} \cdot \frac{5}{19} = \frac{40}{19}$

Oriuntur ejusmodi Fractiones Fractionum

quam

per eundem manente eodem numeratore =
= Ex gr. $\frac{2}{3}$. $4 = \frac{2}{12} = \frac{1}{6}$.

Scholion.

Supra Notavimus qd. quomodocunque numeris Unus per alium Dividendus est Quo„ „tus Semper instar Fractionis exprimi potest cujus Numerator ē Dividendus Denomina„ tor autem Divisor

Idem de Fractionib. etiam Diei potest et quum una Fractio dividenda est per- - aliam Quotus instar Fractionis novæ potest exprimi, cujus Numerator sit Frac= = tio Dividenda Denominator autem Divisor.

Ex. gr. $\frac{1}{2}$. $\frac{2}{3} = \frac{1}{\frac{2}{3}}$

Pari ratione si Fractio dividenda est per Numerum integrum vel vice versa Numerus integer per Fractionem, aut denique Fractio mixta per aliam Fractionem = = mixtam in omnibus etiam his Casibus Quotus eodem modo exhiberi potest, ut Dividendus Summatur pro Numeratore Divisor autem pro Denominatore Fractio„ „nis novæ Ex. gr. $\frac{2}{3}$. $4 = \frac{\frac{2}{3}}{4}$ Item $5 : \frac{2}{3} = \frac{5}{\frac{2}{3}}$

(Item $2\frac{1}{3}$. $6\frac{2}{5} = \frac{2\frac{1}{3}}{6\frac{2}{5}}$) Item $2\frac{1}{3}$. $6\frac{2}{5}$ $2\frac{\frac{1}{3}}{\frac{2}{5}}$

(Item $4\frac{2}{3}$. $5 = \frac{4\frac{2}{3}}{5}$) Item $4\frac{2}{3}$. $5 = 4\frac{\frac{2}{3}}{5}$

Item 8:

104. datæ inversæ. Q. E. D.
Ex gr. Sint fractiones datæ $\frac{2}{5}$. $\frac{2}{3}$ hæ si ad eandem Dnatorem reducuntr erunt fractiones novæ datis illis æquales et ejusdem denominaõnis sequentes: $\frac{4}{5}$. $\frac{3}{3}$. $\frac{2}{3}$. $\frac{5}{5}$ atqui $\frac{4}{5}$. $\frac{3}{3}$. $\frac{2}{3}$. $\frac{5}{5} = \frac{4}{2}$. $\frac{3}{5} = \frac{4}{5}$. $\frac{3}{2}$

Quum itaq Divisor in fractione dividenda aliquoties gtineri possit, hinc quoties in fractione Dividenda major, Quoti Nrator integro am æqualis ee pt Ex gr. Si $\frac{1}{2}$ debent dividi per $\frac{1}{8}$, quotus invenitr sequentem in modum: $\frac{1}{2}$. $\frac{1}{8} = \frac{1}{2}$. $\frac{8}{1} = 4$.

Cas. III. Si fractiones sint mixtæ, primum reducantr ad fractiones puras, dein operaõ fiat ut ante. Ex gr. $6\frac{1}{2}$. " " $2\frac{1}{3} = \frac{13}{2}$. $\frac{7}{3} = \frac{13}{2}$. $\frac{3}{7} = \frac{39}{14} = 9\frac{11}{14}$.

Cas. IV. Si Nrus integer sit dividendus per fractionem, tum Nrus integer exprimatr instar fractionis cujus Dnatore 1. dein operaõ fiat ut ante Ex gr. 5. $\frac{2}{3} = \frac{5}{1}$. $\frac{2}{3} = \frac{5}{1}$. $\frac{3}{2} = \frac{15}{2}$.

Cas. V. Si võ fractio sit dividenda per Nrum integrum.

1o Si Nrator fractionis possit dividi per integrum, dividatr, Quoto subscribatr Dnator fractionis datæ Ex gr. $\frac{6}{8}$. $2 = \frac{3}{8}$.

2o. Si Nrator fractionis õ possit dividi per integrum, Denominator ejus multiplicatur

per eundem

eosdem habeant Dñatores, tt quæri tt debet, quoties Nrator Divisoris in Nrātore Dividendi ḡtineatr; atq; Quotus ē Fractio cujus Nrātor ē Dividendi Nrātor, Dñator aūm ē Divisoris Nrātor.

Quodsi aūm Fractiones diversæ, diversos habeant Dñatores, tum ad eandem Dñominationem reducuntr, tum dividendæ datæ Fractio Nrātor multiplicetr per Dñatorem Divisoris dati, et factum emergens fit Nrātor Fractionis novæ Dividendæ, item Divisoris dati Nrātor multiplicetr per Dñominatorem Fractionis dividendæ datæ et factum fit Nrātor Divisoris novi.

Sed Quotus ē Fractio, quæ pro Nrātore habet Nrātorem Fractionis Dividendæ novæ, pro denominatore aūm Nrātorem Divisoris novi.

Ergo Quotus prodit si invertatr Fractio cujus Nrātor ē factum, et Nrātore Divisoris dati in Dñatorem Fractionis dividendæ datæ Seu Nrator quoti prodit, si Nrātor Fractiōnis dividendæ datæ multiplicetr, per Nrātorem Divisoris dati inversi; Dñator aūm ejusdem quoti optinetr, si Dñator Fractionis dividendæ datæ, multiplicetr per Dñatorem Fractionis

datæ

 $\frac{18}{20} : \frac{6}{20} = \frac{18}{6} = 3.$ Item $\frac{6}{24} \frac{7}{24} = \frac{6}{7}.$

Cas. II. Si diversi erunt Dnō=minatores tum Fractiones ad eandem Dnāonem st reducendæ, tum fiat operatio ut ante.

(Factum prius dabit Nrātorem posterius aūt Dnātorem Quoti et Dnator Dividendi per Nrātorem Divisoris)

Seu Nrātor Dividendi multiplice=tur per Dnatorem Divisoris, et De=nominator Dividendi per Nrātorem Divisoris. Factum prius dabit Nrā=torem, posterius aūt Dnātorem Quoti.

Si Divisor invertatr, atqz tum, tam Nratores qm Dnātores per se invicem multiplicentr, quotus prodibit ut ante ex. gr.

$\frac{4}{5} : \frac{2}{3} = \frac{4}{5} : \frac{2}{2} = \frac{12}{10} = 1 + \frac{2}{10}.$

Demonstr.

Quum Fractio una per aliam dividitr, quæritr quoties divisor in Dividendo gtinetr, si ambæ

eosdem

Sunt majores.

Scholion.

Nonnunqm occurrit Loquendi formula qd de, v. ex Fractione una Fractio alia Sumenda. Ex. gr. $\frac{1}{2}$ Ex $\frac{3}{4}$ vel $\frac{1}{2}$ de $\frac{3}{4}$.

Hoc nihil aliud indicat, qm quod Fractionis $\frac{3}{4}$ tta precise pars sit Sumenda quanta per aliam Fractionem $\frac{1}{2}$ indicatr, id vo fit si Fractio illa per (aliam Fractionem) + hanc multiplicetr. Estqz adeo $\frac{1}{2}$ ex $\frac{3}{4}$ = $\frac{3}{6}$.

Consequenter quando cunqz Fractiones hujusmodi occurrant, Spēr una per aliam multiplicanda est.

§. 71.

Fractionem qmcunqz datam per aliam dividere.

Resol. Cas. I. Si Fractiones eosdem habeant Dnātores, Fractionis tt. Dividendæ Nrātor dividatr per Nrātorem Divisoris. adeoqz Quoti Nrātor erit idem cum Nrātore Fractionis Dividendæ, Dnātor am idem cum Nratore Divisoris. Ex. gr. $\frac{18}{20}$ +

 adeoq; eo minus esse debet.

Corollarium.

Quadratum Fractionis cujusdam invenitur si tam Nrator, quam Dnominator ejusdem per se ipsum multiplicetur Ex. gr. $\left(\frac{5}{7}\right)^2 = \frac{5}{7}\cdot\frac{5}{7} = \frac{5}{7}\cdot\frac{5}{7} = \frac{25}{49}$.

Cubus vero Fractionis prodit si tam Nratoris, quam Dnatoris Cubus inveniatur Ex. gr. $\left(\frac{4}{9}\right)^3 = \frac{4}{9}\cdot\frac{4}{9}\cdot\frac{4}{9} = \frac{4}{9}\cdot\frac{4}{9}\cdot\frac{4}{9} = \frac{64}{729}$.

Vice versa e Fractione data radix Quadrata extrahitur, si tam Nratoris, quam Dnominatoris, quadrata inveniatur Radix. Ex. gr.

$$\sqrt[3]{\frac{8}{125}} = \sqrt[3]{\frac{49}{64}} = \frac{7}{8}$$

Idem observandum de Radice Cubica ex Fractionibus extrahenda:

Ex. gr. $\sqrt[3]{\frac{8}{125}} = \frac{\sqrt[3]{8}}{\sqrt[3]{125}} = \frac{2}{5}$.

Facile inteligitur, quod Quadratum Fractionis sit minus quam Radix, ipsa Cubus vero eo minor e Radice sua. In gre Fractionum potentiae quo sunt Superiores, eo etiam evadunt minores, Potentiae autem gradus inferioris

Sunt

etiam Fractio multiplicanda $\frac{4}{5}$ in 99.
7. partes dividenda ē, et ex his par=
tibus 3 sumendæ, hoc ē $\frac{4}{5}.\frac{3}{7}=\frac{4}{5}.\frac{1}{7}.5$ Sed
$\frac{4}{5}.\frac{1}{7}=\frac{4}{7}=\frac{4}{5}$. &c. $\frac{4}{5}.7.3=\frac{4}{1}.\frac{3}{7}=\frac{15}{35}$.

Cas. II. Si Fractiones fuerint mix=
tæ, vel reducantur ad Fractiones
puras, atq; operaō fiat Secundum
Cas. I. Ex. gr. $3\frac{1}{2}.2\frac{1}{2}.2\frac{3}{4}=\frac{7}{2}.\frac{11}{4}=9\frac{5}{6}$.

Vel vō Fractiones mixtæ multiplican=
dæ pars utraq;, hoc ē tam Nrus inte=
ger, qm Fractio Separatim multiplicetur
per utramq; partem multiplicatoris,
tam per Nrum integrum, qm per Fractiōm
Ex. gr. $(5+\frac{3}{8})(4+\frac{2}{7})=5.4+\frac{3}{8}.4+\frac{2}{7}.5+\frac{3}{8}.$ "
" $\frac{2}{7}=20+\frac{3}{2}+\frac{10}{7}+\frac{3}{4}.7=20+1+\frac{3}{7}+\frac{3}{28}=22+$ "
" $\frac{14}{28}+\frac{12}{28}+\frac{3}{28}=32+\frac{1}{28}$ (§. 69.)

§. 69.

Quum Factum toties in se contine=
at multiplicandum quoties unitas
in multiplicatore ꝑtinetur, multipli=
cator am. Si Fractio sit, uni tem
ne semel quidem in se continet,
D. partem tt aliqm unitatis hinc
etiam Factum tum partem aliqm
multiplicandi, in se continebit,

adeoq; &

98. Demons. Si fractio per fractionem ē multiplicanda, tum fractio multiplicanda toties sumenda ē, quoties multiplicator unitatem ꝗtinet in se. Sed multiplicator partem tt. aliqm̄ unitatis in se ꝗplectitr̄. Ergo fractio multiplicandæ tanta pars ē sumenda, quanta pars ē multiplicator unitatis. Ut igitr̄ multiplicandæ fractionis tanta pars inveniatr̄, hæc in tot dividenda ē, in quot partes unitas divisa ē, in Dn̄ominatore multiplicatoris; seu fractio multiplicanda dividenda per Dn̄atorem multiplicatoris; et ex his partib. tot sumendæ st̄ quot Nr̄ator multiplicatoris indicat. Prius fit si fractionis multiplicandæ Dn̄ator multiplicetur per Dn̄atorem multiplicatoris. Posterius am̄ si Nr̄ator ejusdem multiplicetr̄ per Nr̄atorem multiplicatoris.

Ex. gr: Si $\frac{4}{5}$ multiplicari debeant per $\frac{3}{7}$ tum fractionis $\frac{4}{5}$ tanta pars ē ē sumenda quanta pars fractio $\frac{3}{7}$ ē unitatis. Quum itaqꝫ in hac unitas 7 partes dividatr̄ et ex iis 3 sumantr̄,

ciam

tiones, ex summa eīm emergente fractio illa subtrahi pt. Ex gr. $7\frac{2}{3} - 3\frac{5}{6}$ Primum fractiones quar. posterior a priori subtrahenda ē, ad eandem Dnationem reductæ st sequentes: $\frac{18}{18} + \frac{12}{18} = \frac{30}{18}$ $6 - 3 = 3$ Residium itaq; totum ē sequens: $3\frac{15}{18} - 3\frac{5}{6}$ vel pt etiam fieri ut in hoc casu fractiones mixtæ reducantur ad puras, atq; dein in his subtractio peragatr.

Cas. V. Si fractio nro integro subtrahenda sit Nrus integer reducatr ad fractionem ejusdem cum fractione data Dnaonis, tum subtractio peragatr ut in Cas. I. Ex gr. $4 - \frac{1}{3} = \frac{12}{3} - \frac{1}{3} = \frac{11}{3} = 3\frac{2}{3}$ vel ex nro integro dematr unitas, ea convertatr in fractionem ejusdem cum fractione data Dnaonis, atq; ab eo fractio data subtrahatr. Ex gr. $=$
$= 4 - \frac{1}{3} = 3\frac{3}{3} - \frac{1}{3} = 3\frac{2}{3}$ × × × × × × ×

§. 68.

Fractionem per fractionem multiplicare.

Resol. Cas. I. Si fractiones fuerint puræ tam Nratores, qm Dnatores multiplicentr per se invicem, facta constituent fractionem quæsitam.

Demons

integri et si Summa Fractionum vel aliquot integra in se complectatur hæ Summæ Numerorum integrorum addantur. Ex. gr.

$5\frac{1}{2} + 3\frac{4}{5} = \frac{1}{2} \times \frac{4}{5} \times 5 \times 3 = \frac{5}{10} \times \frac{8}{10} \times +5+3 =$
$= \frac{13}{10} \times 5 \times 3 = 1\frac{3}{10} \times 8 = 9\frac{3}{10}$

§. 67.

Fractionem Datam ex alia subtrahere.

Resolutio.

Casus I. Si Fractiones eosdem habeant Denominatores, Numerator minor subtrahatur è majori residuo, subscribatur communis Denominator.

Casus II. Si Denominatores sint diversi Fractionum datarum, reducantur ea ad eandem Denominationem, deinde fiat eadem operatio, quæ in Casu Imo.

Casus III. Si Fractiones Datæ sint mixtæ, Subtractio primum in Fractionibus atque dein in Numeris integris peragatur Ex. gr. $8\frac{1}{2} - 5\frac{1}{4} = \frac{1}{2} - \frac{1}{4} = \frac{4}{8} - \frac{2}{8} = \frac{2}{8}$. Item $8-5=3$.

Casus IV. Si Fractio ex qua alia data subtrahenda esset sit minor alia autem major, tum ex Numero integro Fractioni minori adhærente Unitas Demi, atque instar Fractionis exprimi debet, cujus idem sit Denominator cum Fractione adhærente quo facto adatur huic Fractionis

Casus I. Si Fractiones addendæ eosdem habeant Denominatores addantur Numeratores Summa quæ prodit Scribatur loco Numeratoris cujus Denominatore idem qui Fractionum addendarum.

Casus II. Si Denominatores sint Diversi reducantur prius Fractiones ad eandem Denominationem deinde addantur Numeratores ut ante.

Casus III. Si ad Numerum integrum Fractio addenda sit tum illa huic præfigatur atqs. ita prodit Fractio mixta.

Ex. gr. Si ad 5 sit addenda Fractio $\frac{2}{3}$ Scribatur Sequentem in modum $5\frac{2}{3}$ Quod si autem Fractio hoc mixta ad puram reducenda sit tum Numerus integer primum reducatur ad Fractionem ejusdem cum Fractione adherente $\frac{2}{3}$ Denominationis secundum Probl. Datum deinde addantur Numeratores et Summa subscribatur Denominator communis Ex. gr.

$$5 = \frac{5.}{1.} \frac{3}{3} = \frac{15}{3} + \frac{2}{3} = \frac{17}{3}$$

Vel quod eodem redit Numerus integer multiplicetur per Denominatorem Fractionis adherentis Factum emergens addatur ad Numeratorem Fractionis.

Casus IV. Si plures dentur Fractiones (dentur) mixtæ ad se invicem addendæ adantur primum Fractiones puræ / secundum Casum I. et II. / deinde etiam Numeri integri-

94. Hoc Problema adhibenda tum semper est quum in Denominatore Fractionis cujusdam Totum non in eas partes dividitur in quas vulgo dividi solet seu in partes Dividitas inusitatas nunc enim ut valor Fractionis in partibus Totius usitatis cognoscatur alia Fractio eidem aequalis invenienda est cujus Denominator exhibeat partes Totius usu receptas.

Ex. gr. $\frac{4}{5}$ Flor. Rhenc. Quoniam Flor. Rhenc. in 60 partes dividi solet Fractio data in aliam Convertenda cujus Denominator sit = 60 id quod fit si Numerator 4. multiplicetur per 60 et factum quod prodit 4.60 = 240. dividatur per ~~trias~~ Quotus emergens 48 erit Numerator Fractionis Novae $\frac{48}{60}$ quae datae $\frac{4}{5}$ aequalis est.

Item $\frac{6}{7}$ libra Quoniam libra solet dividi in 32 semiuncias Fractio illa Convertenda in aliam cujus Denominator sit 32 Fractio illa est $\frac{22}{32} \times \frac{6}{7}$ Quia hic nova super est Fractio nempe $\frac{6}{7}$ semiunciae.

Hoc vero in aliam Convertenda cujus Denominator sit 4 quia semiuncia vulgo in quatuor solet dispesci partes Fractio illa est $\frac{3}{4} \times \frac{3}{7}$ Adeoqs. praeter tres quadrantes supersunt adhuc $\frac{3}{7}$ Quadrantes, quae pariter posset ad aliam reduci Fractionem, si quadrans ulterius divideretur in minores partes.

× × × × × ×

§. 66

Problema Fractiones addere.

Resol.

Casus I. Si

Sit Numerus quicunqs; Datus, vel sit Denominator Fractionis cujusdam Datæ -

Resol I. Numerus integer exprimatur instar Fractionis cujus Denominator est unitas -

2.) Tam Numerator quam Denominator ejus multiplicetur per Denominatorem Datum vel in casu posteriori per Denominatorem Fractionis Datæ.

Ex. gr. Numerus 3 sit reducendus ad Fractionem cujus Denominator est 8 Fractio emergens erit $\frac{3.8}{1.8} = \frac{24}{8}$ Item sit Fractio Data $\frac{5}{7}$ et Numerus 5 reducendus est ad Fractionem ejusdem cum illa Denominationis erit Fractio emergens $\frac{5.7}{7.7} = \frac{35}{7}$

Problema -

Fractionem quamcunqs Datam in aliam Fractionem æquivalentem Denominatoris Datæ permutare.

Casus I. Si Denominator Datus non possit Dividi per Denominatorem Fractionis Datæ

Resol. I.) Fractionis Datæ Numerator multiplicetur per Denominatorem Datum

2.) Factum quod prodit Dividatur per Denominatorem Datæ Fractionis -

3.) Quotus emergens erit Numerator Datæ Denominatoris et Fractio hoc vera priori Datæ æqualis -

Demonstratio infra (§ 90) occurrit

Casus II. Si Denominator Datus possit Dividi per Denominatorem Fractionis Datæ Dividatur et Quotus qui prodit multiplicetur per Numeratorem ejusdem Factum emergens erit Numerator Novæ Fractionis

Hoc Proble-

92. Tum Numeri hi bis vel sepius occurunt deleantur Quia vero 2, 2; item 3; 3; sunt Factores inter se pares ambo Factores non delentur licet tam 2 quam 3 adhuc alios etiam occurat quem admodum hoc loco presenti repraesentatur

5; 3; 8; 2; 8; 2; 3; 3; 3; 2; 9; 7.

Si jam Numeri qui deleti non sunt per se invicem multiplicentur prodit Factum

5. 3. 2. 2. 3. 7. = 1260.

Quod Factum erit Denominator Communis omnium Fractionum Novarum inveniendarum. — Aliud Exemplum.

$\frac{1}{2}; \frac{2}{3}; \frac{5}{8}; \frac{4}{9}; \frac{1}{6}; \frac{2}{12}; \frac{3}{8}; \frac{7}{9}; \frac{1}{10}; \frac{5}{6}; \frac{3}{4}; \frac{3}{5};$

Denominatoribus Compositis jam in suos Factores resolutis atque his qui sepius occurunt deletis Numeri emergunt sequentes

2; 3; 2; 2; 2; 3; 3; ~~2~~; 2; 3; ~~2~~; ~~2~~;

2. ~~2~~ ~~2~~ 3 3; 2; 5; 2 3; ~~2~~ 2; ~~5~~;

In hoc exemplo quia Factum 2. 2. 2; ex tribus Factoribus inter se equalibus ortum est ex iis unus tantum Factor delentur postea autem ibi idem Factum occurrit ibi jam singuli Factores delentur pari ratione quia Factum 3. 3 bis occurrit primus unus Factor postea vero ambo delentur Ideoque erit Denominator Communis

2. 3. 2. 2. 3. 5 = 360. — Problema.

Numerum quemlibet integrum reducere ad Fractionem cujus Denomina-

tor sit Nu-

Fractionis Data debeant Numeratores Fractionum novarum qui ad Latus versus dextram Scripti sunt adeoq; erunt Fractiones Novæ ad eandem Denominationem reductæ sequentes

$\frac{1008}{2520}\ \frac{1680}{2520}\ \frac{1260}{2520}\ \frac{1890}{2520}\ \frac{2100}{2520}\ \frac{22270}{2520}$

$-\frac{2268}{2520}\ \frac{720}{2520}$

3.) Datur aliq etiam Methodus secundum quam procedere potest ne Fractiones Novæ nimis magnis exprimantur Numeris. Secundum hanc

a.) Denominatores Fractionum Datar illi qui sunt Numeri Compositi resolvuntur in suos factores

b.) Deinde omnes illi Nri inter Denominatores qui bis vel sepius occurunt deleantur ut Numerus quilibet semel tantum adsit

c.) Quodsi autem factores in quos Denominator alicuius resolvitur fuerint pares cum altero eor non deletur etiam si alias ad huc occurat idem Nrus inter Denominatores

d.) Nri illi inter Denominatores qui deleti non sunt per se invicem multiplicantur — Factum quod prodit erit Denominator Communis Novarum Fractionum inveniendus.

e.) Numeratores autem earum inveniuntur eodem modo uti prostime ostendimus.

Eodem exemplo hoc etiam Methodus illustrari potest —

Quodsi nimirum Denominatores illi Fractionum in Exemplo præcedenti Datarum qui sunt Numeri Compositi in suos resolvantur factores tum prodeunt Numeri sequentes

~~2. 2. 2. 2. 3. 2. 3. 1260~~

2. 3. 2. 2. 2. 2. 3. 3. 3. 2. 5. 7.

Tum Numeri ~~Quod Factum~~

emergens erit Numerator Fractionis Novæ
Seu Multiplicetur Denominator Communis per Numeratorem et Factum quod prodit dividatur per Denominatorem Uniuscujuscunq; Fractionis per inde ē in hoc quoq; Casu Quotus emergens erit Numerator Fractionis Novæ inveniendæ Demonstratio infra (§ 90). occurit.

Ex. gr. sint Fractiones Datæ.

$\frac{2}{5}, \frac{2}{3}, \frac{1}{2}, \frac{3}{4}, \frac{5}{6}, \frac{8}{9}, \frac{9}{10}, \frac{2}{7}$ — — — — — —

(2520)

504	$\frac{2}{5}$	1008
840	$\frac{2}{3}$	1668
1260	$\frac{1}{2}$	1260
630	$\frac{3}{4}$	1890
420	$\frac{5}{6}$	2100
280	$\frac{8}{9}$	2240
252	$\frac{9}{10}$	2268
360	$\frac{7}{7}$	720

Scribatur ita prout hic ad latus factum ē Tum quia Denominator omnium maximus est 10 atq; is per proxime minorem Denominatorem 9 absq; residuo dividi nequit Multiplicetur per eundem Fractio erit 90 Hoc per sequentē Denominatorem 7 quoniam dividi nequit per eundem Multiplicetur Factum prodit = 630 hoc per sequentem Denominatorem 6. dividi potest adeoq; non ē necesse ut per illum multiplicetur;

Idem tenendum de sequenti Denominatore 5 per 4 autem qui dividi nequit multiplicari debet et prodit factum Novum 2520. Hoc tamen per 3 quam per 2 dividi potest adeoq; Communis Denominator omnium Novarum Fractionum erit 2520 qui loco supremo ē Scriptus

Quodsi itaq; Denominator hic Communis dividatur per Fractionis Cujuslibet Denominatorem Quoti prodibt. qui ad latus ~~versus dextram Scripti sunt adeoq; erunt Fractiones~~ Uniuscujusq; versus sinistram Scripti sunt.

Hi quoti per Numeratorem Cujuslibet Fractionis.

Compositum quaeritur Communis eor mensura et per hanc Dividantur singuli; quo facto fractionis cujuslibet tam Numerator quam Denominator multiplicetur per factum ex quotis reliquorum Denominatorum ita, oriuntur fractiones Novae Datis aequales et ejusdem Denominationis. Ex. gr. sint fractiones Datae $\frac{3}{8}, \frac{5}{12}, \frac{7}{16}$

Denominatorum in his omnium Communis mensura $= 24$ per quam si Dividantur Denominatores prodeunt Quoti; 2. 3. 24. Conseq emergent fractiones sequ.

$\frac{3.3.24.}{8.3.24.}$ $\frac{5.2.24.}{12.2.24.}$ $\frac{7.2.3}{16.2.3}$ Seu $\frac{36.}{96}$ $\frac{40.}{96}$ $\frac{42}{96}$

2.) Si vero non omnes Denominatores sint Numeri inter se Compositi

a.) Scribantur fractiones Datae omnes sub se invicem et ad latus versus dextram ducatur linea recta

b.) Denominator omnium maximus multiplicetur per Denominatorem proxime minorem Factum quod prodit per sequentem Denominatorem et hi porro per omnes reliquos Denominatores Denominator maximus aut Factum quod per praedictam multiplicationem prodit Dividi possit absq residuo, is vel illi Denominatoris in multiplicatione omittantur.

Factum quod hac ratione prodit erit Denominator Communis omnium notarum fractionum; quae Numeratores inveniuntur sequentem in modum

c.) Dividatur Denominator Communis per ~~Numeratorem~~ inventus per Denominatorem uniuscujusq fractionis Data et Quotus qui prodit per Numeratorem ejusdem Multiplicetur Factum

emergens-

88. duorum Denominatorum secundum Problema Superius Datum et per eam dividantur dati Denominatores; et Quoti qui prodibunt in operatione loco Denominatorum ipsorum abhibendi; hoc ē per Quotum minorem multiplicetur Numerator atq; Denominator fractionis cujus Denominator major ē, per Quotum autem majoris fractionis ejus cujus Denominator minor ē pariter tam Numerator quam Denominator fractionis emergentes erunt non tantum datis æquales sed etiam eosdem habebunt Denominatores

Ex gr. sint fractiones reducendæ $\frac{5}{42}; \frac{8}{54}$ Denominatorem horum communis mensura ē = 6 per quem Numerum si uterq; dividatur Denominator prodeunt Quoti 7; 9; itaq; fractio tot emergentes erunt -

$\frac{5 \cdot 9}{42 \cdot 9}; \frac{8 \cdot 7}{54 \cdot 7}$ seu $\frac{45}{378}; \frac{56}{378}$.

2. Si plures dentur fractiones tum cujus libet tam Numerator quam Denominator multiplicatur per factum ex Denominatoribus omnium reliquarum fractionum ortum.

Ex. gr. sint fractiones datæ, $\frac{2}{3}, \frac{5}{6}, \frac{3}{7}$ ex iis oriuntur sequ

$\frac{2 \cdot 6 \cdot 7}{3 \cdot 6 \cdot 7}; \frac{5 \cdot 3 \cdot 7}{6 \cdot 3 \cdot 7}; \frac{3 \cdot 3 \cdot 6}{7 \cdot 3 \cdot 6}$

seu $\frac{84}{126}; \frac{105}{126}; \frac{54}{126}$

Hoc quidem Regula observanda tum semper ē quum fractionum datarum Denominatores sunt inter se primi. Verum.

1.) si Denominatores omnes sint inter se

Compositæ

§. 65.

1. Si Duæ sint Fractionis cujuslibet tam Numerator quam Denominator multiplicetur per Denominatorem alterius, Duæ novæ Fractiones, quæ per hanc operationem inveniuntur, sunt priori-bus datis æquales. /§. 63./ et eundem habent Denominatorem nempe productum ex prior. Fractionum Denominatoribus. ortum. Ex. gr. sint Fractiones reducendæ.

$\frac{2}{3}, \frac{4}{5}$ ex iis oriuntur $\frac{2 \cdot 5}{3 \cdot 5}, \frac{4 \cdot 3}{5 \cdot 3}$ seu $\frac{10}{15}, \frac{12}{15}$

Verum si Fractiones Majoribus Numeris sint expressæ tum secundum hanc Regulam in prioribus Denominatores nimis magnis Numeris expressæ prodibunt quamobrem in eo Casu hæc quæ sequentes erunt observandæ

1/ Si Fractionum datar. Denominatores sint Numeri inter se Compositi, seu si habeant Communem mensuram alium aliquem Numerum præter Unitatem; et quidem si Denominator minor sit mensura illa tum Dividatur major Denominator per minorem, et per Quotum qui inde emergit multiplicetur tam Numerator quam Denominator Fractionis cujus Denominator est minor Fractio quæ inde emergit non tantum Multiplicatæ Fractioni erit æqualis sed etiam eundem cum alia data fractione habet Denominatorem — Ex. gr. sint Fractiones reducendæ.

$\frac{11}{9}, \frac{5}{36}$, $36 : 9 = 4$ et $\frac{11 \cdot 4}{9 \cdot 4} = \frac{44}{36}$

2/ Si vero Denominator minor non sit mensura illa seu si per illum Denominatorem major dividi non possit; tum quæratur mensura Communis

Quotum —

 Numeri interse Compositi Ex. gr.

$\frac{4}{12}$ $\frac{8}{20}$ $\frac{6}{18}$ $\frac{9}{27}$ Et sic porro.

Consequ. Numerator & Denominator Fractionis Numeri interse compositi esse debent, si is minoribus numeris exprimi, & tam Numerator quam Denominator Numerus integer manere debeat.

Quod si autem in iis Casibus, quum Fractionis cujusdam vel Numerator, vel Denominator ē Nrus primus; aut ambo illi sunt Nri interse primi, ea Nihilominus ad minores Numeros deducatur, et dividendo tam (tam) Numerator, quam Denominator, aut utrumq. nordi ingrediuntur Fractiones.

Ex. gr. $\frac{13:4}{20:4} = \frac{3}{5}\frac{1}{4}$. Quae Fractio denotat, quod ex 5 partibus totius tres et praeterea unius ejusmodi partis $\frac{1}{4}$ sumi debeant. Quod si Ex. gr. Totum sit 1. Flor. Rhen. et is in quinq. partes dividatur, tum una quaeq. ex his partibus erit aequale 4. grossis; Fractio itaq. illa designat, quod 4. Grossi ter sint summendi, et praeterea $\frac{1}{4}$ ex iis seu Unus Grossus; ter quatuor Grossi autem una cum Grosso Uno faciunt 13, Grossos atq. tantum designat etiam Fractio prior $\frac{13}{20}$.

Atq. ita ē judicandum de omnibus illis Fractionibus quot Numerator et Fractio mixta, hoc ē ex Nro integro et huic adjecta Fractione constat, Denominator autem est Numerus integer.

Si autem Numerator sit Fractio pura, seu ex sola Fractione constat et Denominator sit Numerus integer, tum Fractio ipsa indicat, quod ex una eas partium in quas Totum in Denominatore dividitur, tanta pars sit summenda quanta in Numeratore exhibetur Ex gr. Si pro Unitate sumatur Libra, tum Fractio $\frac{3}{4}$ significat $\frac{3}{4}$ Unius Semunciae quae 32 faciunt $\frac{32}{32}$ unam Libram

§. 65 1. Si Dud.

Aliud Exemplum.

Sit Fractio data $\frac{529}{625}$ ad simpliciss^mam expressionem reducenda adeoque Communis mensura maxima Numeratoris atq; Denominatoris inveniend^a

529 | 625 (1
529
96 | 529 (5
480
49 | 96 (1
49
47 | 49 (1
47
2 | 47 (23
46
1 | 2 (2
2
0

In hoc exemplo Communis mensura maxima est I. adeoq; Fractio data minoribus numeris exprimi nequit.

In genere Fractiones illæ minoribus numeris nequeunt exprimi

1.) Quarum v. gr. Numerator v. Denominator per nullum alium pt Dividi Numer absq; residuo præter Unitatem; seu est Numerus primus.

Tales sunt Numeri primi sequ.
1, 2, 3, 5, 7, 11, 13, 17, 19, 23, et sic porro.

Numeri vero qui per alium Dividi possunt vocantur, Compositi; Ex gr. 4, 6, 8, 9, 10, 12, 14, 15, 16, 18 et pr.

2.) Quar Numeratorum, et Denominator nullum habent Communem Divisorem præter I; seu sunt Numeri inter se primi Ex. gr.

$\frac{4}{9}$ $\frac{8}{10}$ $\frac{6}{25}$ $\frac{9}{32}$ $\frac{49}{60}$ Et sic porro.

E contrario Numeri qui per Unum eundemq; Numerum absq; residuo dividi possunt. Vocantur

Numeri inter se

84. ad Simpliciorem expressionem posse reduci.

Exemplum

Si Fractio Data ad Simplicissimam expressionem reducenda $\frac{252}{576}$ Atque adeo pro duobus his Numeris np. 252 et 576 invenienda ē Communis mensura maxima operatio sequentem in modum fit

$$
\begin{array}{r|l}
252 & 576 \;(2 \\
 & 504 \\
\hline
 & 72 \;\; \begin{array}{r|l} 72 & 252 \;(3 \\ & 216 \\ \hline 36 & 72 \;(2 \\ & 72 \\ \hline & 0 \end{array}
\end{array}
$$

Adeoq; Communis mensura maxima Numerorum datorum, 576 et 252 est 36 per hanc itaq; Nrum possum dividi exacte et quidem ita ut Fractio Data $\frac{252}{576}$ Sola hac Divisione ad hanc Simplicissimam expressionem reducatur $\frac{7}{16}$ quae minoribus numeris exprimi nequit.

Etenim Ex exemplo manifestum est quod 72 per 36 absq; residuo possim dividi Ego etiam $3 \cdot 72 = 216$ per eandem Divisionem 36 dividi queunt Adeoq; etiam de eo nullus ē Dubium quod $216 + 36 = 252$ per eundem dividi possim Consequens etiam $2 \cdot 25 \cdot 2 = 504$. Et cum 72 quoq; per eundem 36 dividi possint ut ex praecedentibus patet, $504 + 72 = 576$ quoq; per eundem 36 dividi posse manifestum est

Es. 36 ē Divisor Communis maximus Numerorum datorum, 252 et 576 Q. E. D.

Quae Demonstratis ad quodcunq; aliud exemplum mutatis mutandis adplicari potest.

Aliud Exemplum

etiam ambo per 5 possunt Dividi Ex gr. $\frac{30}{65}$ – $\frac{6}{13}$

4.) Si denique ultima utriusque, vel alterius Nota fuerit, ab iis Diversa quas regulis prioribus nominavimus ex. gr. 1, vel 3 vel 7, vel 9. tantum Divisio per 3 vel 7 tentanda est.

Ex. gr. $\frac{21}{27}$ – $\frac{7}{9}$ Item $\frac{9}{15}$ – $\frac{3}{5}$

Verum hac ratione Fractiones Una Divisione ad minimam expressionem non reducuntur uti levi attentione cuilibet manifestum est Sed Saepius repetita aliquoties Divisione opus est, ostendamus itaque Methodum Secundum quam inveniri possit Duor, Numerorum talis Divisor Communis per quem Una Divisione ad minimam et Simplicissimam expressionem reducuntur Fractiones Sequenti Problemate.

Problema.

Invenire Communem mensuram maximam Duor Numeror, Numeratoris Nimirum atque Denominatoris Fractionis cujusdam datae

Resolutio 1mo Numerus major ex datis Dividatur per minorem

2.) Numerus datus minor qui in prima Divisione fuerat Divisor denuo Dividatur per Residuum primae Divisionis.

3.) Si in hac Secunda quoque Divisione Supersit residuum per hoc porro Dividatur Numerus qui in Secunda Divisione fuerat Divisor, Atque ita porro operatio Continuari debet donec nullum relinquatur residuum.

4.) Divisor ultimus erit Communis mensura maxima Numerorum datorum Consequenter si Divisor hic Ultimus fuerit 1. hoc Indicio est Numeros datos per nullum alium Nrum dividi posse praeter Unitatem, neque adeo Fractionem

ad Simplicior.

82. facilime fractio quædam ad aliam fractionem minoribus Numeris expressam reducitur.

1mo Si fractionis Datæ tam Nrator quam Denominator in suos resolvatur factores.

2do. Factores qui tam in Numeratore quam in Denominatore occurunt seu qui utriqz communes sunt Deleantur ex utroque. Hoc ipso enim tam Numerator quam Denominator per factores illos qui delentur dividitur.

Ex. gr. $\frac{45}{360} = \frac{5.9}{4.9.2.5} = \frac{1}{4.2} = \frac{1}{8}$

Item $\frac{168}{240} = \frac{3.8.7}{3.8.2.5} = \frac{7}{25} = \frac{7}{10}$.

Quia vero ad Numeros quoslibet in suos factores resolvendos promtitudo requiritur quæ non nisi multo acquiritur exercitio hinc in Tronum gratiam proponemus quasdam Regulas faciles quæ modum ostendunt quo Numerus inveniri possit per quem tam Numerator quam Denominator alicujus fractionis absqz residuo dividi possit seu quo mensura communis duorum Numerorum inveniri possit.

1.) Quum Numerator & Denominator sunt Numeri pares possunt semper dividi per 2.

Ex. gr. $\frac{8}{12} = \frac{4}{6} = \frac{2}{3}$.

2.) Quum tam Numerator quam Denominator Cyphræ vel aliquot Cyphras adjectas ad finem habet ab utroqz æquales Cyphrarum Numerus deleri potest Ex. gr. — ex. gr. $\frac{200}{3000} = \frac{2}{30}$

3.) Quum tam Numeratoris quam Denominatoris ultima Nota ē 5 tum ambo per 5 dividi possunt Ex. gr. $\frac{45}{75} = \frac{9}{15} = \frac{3}{5}$

Pari ratione si unus loco ultimo versus dextram habeat 0 Cyphr alter vero 5 tum

etiam.

Theorema.

Quodsi Fractionis cujusdam tam Nrator quam Denominator per eundem Nrum integrum dividatur, tum magnitudo Fractionis eadem manet.

Etenim quoties in Casu priori Fractio minor fit hoc in posteriori Casu toties major evadit Consequens magnitudo ejus invariata manet Ex. gr. $\frac{15}{60}$ partes Flor. Rhen. faciunt 15 Cruciferos quodsi jam ejus tam Nrator quam Denominator dividatur per 3 Fractio ē emergens $\frac{5}{20}$ priori ē aequalis quae nimirum facit 5 grossos vel generaliter -

$\frac{15}{60} = \frac{15:3}{60:3} = \frac{5}{20}$ Etenim $\frac{15:3}{60|3}$

Etenim $\frac{15}{60}:3 = \frac{15}{60}:3.$

At $\frac{15:3}{60:3} = \left(\frac{15}{60}:3\right).3 = \frac{15}{60}$

Ex iisqz hucusqz, diximus sequitur quod Una eaddemqz Fractio Variis atqz, diversis modis scribi possit Valor ejus invariato -

Ex. gr. $\frac{1}{2} = \frac{2}{4} = \frac{4}{8} = \frac{8}{16} = \frac{16}{32} = \frac{32}{64}$ et S. pr.

$\frac{2}{3} = \frac{4}{6} = \frac{8}{12} = \frac{16}{24} = \frac{32}{48} = \frac{64}{96}$ &c.

Porro manifestum ē quod Nrus quilibet integer instar Fractionis possit repraesentari Cujus Denominator est 1mo Ex. gr. $2 = \frac{2}{1}$ $3 = \frac{3}{1}$ $4 = \frac{4}{1}$ et S. porro -

Hinc Nrus quoqz, integer quilibet variis potest scribi modis valore ejusdem manente eadem -

Ex. gr. $3 = \frac{3}{1} = \frac{6}{2} = \frac{12}{4} = \frac{15}{5}$ et sic porro -

§. 64.

Quo minoribus Numeris Fractio quaedam exprimitur, eo Distinctius valor ejus perspici atque etiam Calculus Cum ea institui potest.

Verum si Nrator et Denominator Fractionis sint Numeri majores non facile illico perspicitur per quem Numerum possint ambo absqz, residuo dividi seu quisnam Communis eorum Divisor Quam ob rem

facilime.

80.

Theorema

Si Fractionis cujusdam Numerator per Numerum aliquem integrum dividatur Denominatore eodem manente tum Fractio ipsa toties minor fit quoties Numerus integer Unitatem in se continet seu Fractio ipsa per Numerum integrum actu dividitur.

Quod si autem Denominator Fractionis per Numerum quendam integrum dividatur Numeratore invariato tum Fractio ipsa toties major fit quoties Numerus integer Unitatem in se continet seu Fractio ipsa actu multiplicatur.

Etenim in Casu priori hoc facto ex iisdem totius partibus toties pauciores sunt numeratur partes quam ante, quoties unitas in Numero integro continetur. In posteriori autem casu partes in quas totum dividitur toties fiunt pauciores atque ergo, etiam majores quam ante quoties pariter Numerus integer in se continet Unitatem e partibus autem his totius majoribus non nisi totidem sumuntur quam ante.

Ex. gr. Sint $\frac{15}{60}$ partes Flor Rhenens. et Numerator dividatur per 3. Fractio emergitur sequens $\frac{5}{60}$ quæ triplo minor e priori.

Ejusdem porro Fractionis Denominator pariter per 3 Fractio emergens $\frac{15}{20}$ nunc triplo fit major priori.

Theorema

Quod si Fractionis cujusdam Numerator per Numerum aliquem integrum dividatur Denominatore eodem manente tum Fractio ipsa toties minor fit quoties Numerus integer Unitatem in se continet seu Fractio ipsa per Numerum integrum actu dividitur.

Quod si

Et enim ex iisdem partibus toties hoc pacto toties plures summuntur, in nova Fractione quoties Nrus (3) per qm multiplicatur unitatem in se continet Ex. gr. $\frac{15}{20}$ partes Floreni Rhenensis triplo majorem faciunt Quantitatem qm $\frac{5}{20}$ partes ejusdem flor. Rhenensis -

Corollarium.

Consequenter si Fractio quaedam per Nrum quencunqz, integrum multiplicari debeat, tum per eundem Nrator tantum Fractionis multiplicandus est.

Quodsi autem Fractio per Nrum aliquem integrum dividenda sit, tum Denominator Fractionis per Nrum integrum debet multiplicari.

Theorema.

Quodsi Fractionis cujusdam tam Numerator quam Denominator per eundem Nrum integrum multiplicetur, tum magnitudo Fractionis eadem manet.

Et enim per priorem Multiplicaonem toties major fit Fractio, quoties Nrus integer per quem multiplicatur unitatem in se continet, per posteriorem autem Multiplicaonem eadem Fractio toties plane fit iterum minor Consequentia magnitudo Fractionis non mutatur. Ex. gr.

$\frac{5}{20} \cdot 3 = 3 \cdot \frac{5}{20}$ & $\frac{5}{20} \cdot \frac{3}{3} = \frac{5}{20} \cdot 3$

Es. $\frac{5}{20} \cdot \frac{3}{3} = 3 \cdot \frac{5}{20} : 3 = \frac{5}{20}$ -

Seu - - - $\frac{5}{20}$ partes Flor. Rhenensis faciunt 5 grossos, quodsi iam tam Nrator quam Denominator per eundem Nrum np. per 3. multiplicetur, Fractio emergens $\frac{5}{20} \cdot \frac{3}{3} = \frac{15}{60}$ facit 15 Xferos, seu 5 Grossos $= \frac{5}{20}$ partibus Florenc. Rhenensis.

Theorema si Frac

78. Hinc jam intelligitur qua ratione Quotus in eo casu sit inveniendus ex Duobus Numeris integris cum post Divisionem peractam aliqua Dividendi pars Superest in qua Divisor totus non amplius Continetur, scil cum in Dividendo Divisor totes aliquoties et proxime aliqua ejus pars Continetur Nimirum quoties Divisor totus in Dividendo reperitur exprimatur in Quoto Nro integro et insuper quanta Divisoris pars Continetur in parte Dividendi residua designetur per fractionem cujus Numerator e pars illa Dividendi residua Denominator autem Divisor atq; hoc fractio ad priorem Quoti partem Numeris integris expressam adjungatur Ex.g. Si 12 debeant dividi per 5 Quotus e $2+\frac{2}{5}$ Item si 7654 debeant dividi per 37 Quotus emergit sequens $206+\frac{32}{37}$ §. 63.

Theoremata.

Quod si Fractionis cujusdam $\frac{5}{20}$. Denominator per Num quendam integrum -

3. Multiplicatur Numeratore eodem manente tum fractio emergens $\frac{5\cdot3}{20}$ $\frac{15}{60}$ toties fit major priori quotus Numerus (3) per quem multiplicatur unitatem ipse continet

Et enim hoc pacto, unitas seu Totum, in totes pluries, adeoq; etiam minores partes Dividitur, quam itaq; ex his quoq; nonsi totidem Summantur. in Fractione nova quam ante patet hanc toties minorem fieri debere -

Ex.g. $\frac{5}{60}$. partes Floreni Rhenc. seu 5 Xruiferi triplo minorem faciunt Quantitatem quam $\frac{5}{20}$ partes ejusdem Floreni Rhenensis seu 5 grossi,

Theorema.

Si Fractionis cujusdam $\frac{5}{20}$ Numerator per numerum, aliquem integr 3.) multiplicatur eodem manente Denominatore tum fractio emergens $\frac{15}{20}$ toties fit major priori quotus Nrus (3) per quem multiplicatur unitatem in se continet -

Et enim ex -

seu Divisoris (12) tanquam toties in se complectantur: hinc illa (7) pro Nratore hic vero (12) Denominatore haberi pt quo pacto prodit Fractio $\frac{7}{12}$ quae indicabit quanta Nri Majoris se Divisoris (12) pars in minori seu Dividendo (7) continetur; adeoqz, hoc Fractio ē quoties qui prodit quum Nrus minor per majorem Dividendus ē

Quodsi autem Nrus Dividendus sit major qui per alium minorem dividi debet tum minor seu Divisor vel totus aliquoties in Dividendo Continetur ita ut peracta Divisione nihil in Dividendo Supersit Ex. g. si, 12: debeat dividi per 3 vel vero Divisor totus aliquoties et insuper aliqua ejus pars Continetur in Dividendo Ex. g. si 12 debeant dividi per quinqz. idest 5 Consequenter in priori Casu Quotus indicat quoties Divisor totus 3 in Dividendo 12 Contineatur in posteriori autem quoties totus Divisor 5 reperiatur in Dividendo 12 insuper quanta Divisoris pars reperiatur in eodem Dividendo -

Sed in Fractione etiam Spuria Denominator totus vel aliquoties Summitur in Numeratore $\frac{12}{3}$ vel vero aliquoties totus et praeterea pars ejus quaedam Ex. g. $\frac{12}{5}$ adeoqz, Fractio Spuria indicat quoties Denominator toties in Nratore Contineatur Ex. g. $\frac{12}{3} = 4$ vel in posteriori Casu quoties totus Denominator, et insuper quanta ejus pars reperiatur in Numeratore Ex. g. $\frac{12}{5} = \frac{10}{5} + \frac{2}{3} = 2 + \frac{2}{5}$ Ex. Fractio Spuria ē quotus qui prodit si Nrator per Denominatorem Dividatur.

Consequenter Quotus quilibet qui prodit dum Nrus llnus integer per alium pariter integrum dividitur instar Fractionis potest repraesentari in qua Nrus Dividendus ē Numerator -

Numerus Divisor vero Denominator et quidem ē ea in eo Casu quum Nrus Dividendus ē Minor Fractio vero Ex. g. $\frac{7}{12}$. in eo autem Casu quo Nrus Dividendus est major ē Fractio Spuria Ex. gr. $\frac{12}{3}$ vel $\frac{12}{5} + \frac{2}{5}$

Hinc jam.

 tum Fractiones eandem habent magnitudinem seu sunt inter se aequales.

Ex. g. $\frac{15}{20}$ partes Flor. Rhenc. sunt aequales.

$\frac{15}{60}$ item $\frac{30}{120}$ partib. ejusdem Flor. Rhenc.

Quia vero in hoc Casu quum ipse Denominatores Fractionum sunt Diversi, non tam facille plures Fractiones inter se Comparari possunt ut illico perspiciatur quaenam ex pluribus Major vel minor sit, vel an inter se sint aequales hinc praestat ad Casum primum seu, ad eandem Denominatorem reducere eos; Sic enim id absque negotio cognoscitur qua autem ratione ea reductio fieri debeat infra docebimus.

3.) Si Denique, Nrator sit major Denominatore seu si plures summantur partes quam quidem ea sunt ex quibus Totum semel componitur in hoc Casu Fractio Totum vel semel insuper aliquid ex eo vel aliquoties vel vero aliquoties et insuper aliquid ex eo in se Complectitur ideoque Toto majorē

Ex. gr. $\frac{35}{20}$ vel $\frac{60}{20}$ vel $\frac{75}{20}$ partes Floreni Rhenc. Fractiones in Casu secundo verae in Casu autem 1mo et 3tio Spuriae adpellantur -

Quod si Nrus integer minor (7) sit Dividendus per alium Majorem (12) tum per se patet quod hic major (12) totus in illo minori (7) Contineatur Consequenter in hoc Casu Quotus indicabit non quoties Nrus major seu Divisor Totus (12) in Minori seu Dividendo (7) contineatur sed quanta illius pars sit quae in hoc reperitur ut igitur inveniatur Quotus si Nrus illae qui indicat quanta pars Nri Majoris seu Divisor (12) in Minori seu Dividendo (7) Contineatur Numerus Major seu Divisor (12) Concipitur, in tot partes Divisus ex quot Unitatibus ipse Constat et investigatur quot ex iis quot Unitates Contineantur in minori seu Dividendo (7) quamobrem Nrus minor seu Dividendus (7) quum aliquot partes seu Unitates Nri Majoris

seu Divisoris.

pedis sunt æquales illi pedi-

2) Si vero Numerator sit minor quam Denominator sed si pauciores summantur in eo partes quam sit illa in quas in hoc Totum dividitur tum fractio ē minor Toto Ex. gr. $\frac{5}{6}$ pars grossi ē minor quam unus Grossus $\frac{4}{12}$ partes pedis faciunt quantitatem minorem quam ē unus pes-

Et quidem in hoc casu tanta ē præcise magnitudo fractionis seu illa tam magna pars ē Totius quam magna pars Numerator ē sui Denominatoris adeoque magnitudo fractionis æstimatur ex relatione illa quam Numerator habet ad Denominatorem tanquam ad Totum.

Hinc quoniam duæ vel plures fractiones inter se comparari debeant, ut pateat quænam illarum major vel minor sit, vel an inter se sunt æquales, facile intelligitur. Nimirum.

a.) Si fractionum pluriem idem sit Denominator seu idem Totum in singulis in totidem partes sit Divisum tum perse patet quod fractio illa cujus numerator minor ē, sit ipsa etiam reliquis minor Ex. g. $\frac{4}{20}$ partes Rhenensis Florini minorem faciunt quantitatem quam $\frac{6}{20}$ partes ejusdem Rhenensis Flor.

b.) si Denominatores sint diversi seu si idem Totum in pluribus fractionibus non æqualiter sit Divisum tum c.) Si fractionis alicujus Numerator minor pars sit sui Denominatoris quam ē Nrator alterius sui itidem Denominatoris seu si Nrator prioris pluries Contineatur in suo Denominatore quam posterioris Nrator in suo Denominatore Continetur tum fractio prior Minor posterior vero major ē Ex. g. $\frac{4}{20}$ partes Florini Rhenensis faciunt fractionem Minorem quam $\frac{5}{60}$ partes ejusdem Florini Rhenensis.

d) Si vero fractionis alicujus Numerator tanta præcise pars sit sui Denominatoris quanta alterius Numerator ē seu Denominatoris seu si Nrator prioris toties continetur in suo Denominatore quotiens Nrator alterius in suo Continetur Denominatore

tum Frac-

 referuntur faciunt Fractionem, quae uni floreno Rhenensi aequalis ē pari ratione si Grossus Dividatur in tres aequales partes atque, ex iis Una Summatur h. ē Unus Xferus tum quatenus is ad Grossum refertur ē Fractio haud obsimiliter Si per Dividatur in 12. partes, quatuor partes ejus quatenus ad Aedem tanquam totum referuntur, dant Fractionem quatuor Pollicib. aequales.

§. 61.

Ut igitur magnitudo seu valor Fractionis cognoscatur Sciatur necesse ē in quott partes Totum sit Divisum et quott ex iis in Fractione Sumantur Numerus qui prius indicat Denominator qui vero posterius Numerator adpellatur prior Nimirum nomen totius exponit cujus Fractio ē pars posterior autem Numerat partes ex quib. Fractio ipsa constat.

Scribatur autem Numerator loco superiori et sublinea interjecta subjiciatur Denominator

Ex gr. $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{4}{12}$

In Fractionib. itaque pro Unitate Summitur Totum aliud qd in Denominatore in aliquott. partes Dividitur. Ex. gr. in Exemplis Superioribus in Fractione prima Unitas est Fallerus Unus in Secunda Grossus in Tertia autem Pes Unus.

Quod si autem ex iis partib. in quas totum illud Dividitur atque in Denominatore exhibentur Una Summatur pro Unitate tum Fractio in Nrum integrum convertitur qui ex tot constat Unitatib. quott in Nratore Factoris Summantur Ex gr. $\frac{1}{3}$ pars Grossi ē aequalis 1. crucifero $\frac{4}{12}$ partes Aedis sunt aequales 4. pollicibus.

§. 62.

